



- 1 Baumgarthen s: Sigism: Juc: / meditatio-
ner quardam de Genuina et Spuria
odificatione spirituali Medijps illius
legitimis et illegitimis, Halle, 1747.
- 2 Bruningsr s: Christ: diff: De Christo
triumphante, Heidelberg 1747.
- 3 Cloppen s: diei, Sigism: diff: De opere
Dei miraruloro, Gratiioso et Glorioso
in sanctis redicivis demonstratu,
Francof: 1736
- 4 Clauswitz s: Bened. Gottli: diff: de
spiritu sancto terrahabone, Halle, 1747.

5. Grüger f. theod. f. diff. de ea quod iustum
est circa Morum se devovendi pro salute
alterius, Wittenberge, 1724.
6. Fehmel f. ioh. salom. f. diff. in Locum Rer.
IX. vi 28. Lipsia 1747.
7. Fleiss f. ioh. Ad observationes
variae theologico-philosophicae.
Altonae 1747.
8. Forbiger f. Oki. fam. f. swift fröhigung
zur Ehrn uen der Jungfräy Mari,
Lipsia 1747.
9. programma Academiae Friedriciana
in Uicem natalem Iesu Christi,
1747.
- To ————— in festum paschator
1747.
11. programma Academiae Göttingen,
genfici in festum Pentecostes,
12. Georgij f. Ohr. f. diff. de
gratuita Operariorum, in Vicem
Christi vocatorum, mercede, Witten.
berge, 1748.
14. ————— de Agno Dei in Ara
Crucis metata, Wittenberge 1747.
15. ————— de resurrectione Iesu
Christi, Wittenberge, 1747
- + 13. ————— diff. de Crimine Majil.
Wittenberge, 1746

- 16 Hebenstreit J. Joh. Chr. / diff. De Naturae
 Aquile Lipsie, 1747.
- 17 Steumann f. Christoph. Augus diff. de
 Vocacione Divina ad Ministerium Ecclie,
 Plasticum, Goettinge, 1747,
- 18 Hermann f. Gustav Christoph. Exco-
 citationes exegeticæ, Kilæ, 1796.
- 19 Jablonski f. pauli Ernesti f. diff. de
 insufficiencia sacrificiorum in Veteri
 et sufficiencia sacrificij Christi
 in novo Testamento, Francof. 1725.
- 20 י' י' ט' ט' ט' ט'
 Francofurti 1727.
- 21 Lassier f. Herm. Jac. f. diff. de
 paenitentia Deo adserita, Gry.
 phirwaldi, 1747.
- 22 programma Academie Lipsiensis
 in memoriam Christi redivivi,
- 23 Michaelis f. Joh. Georgij f. diff. de
 Janne et Iambre famoris Agyptiorum
 Magis, Itale, 1747.

- 24 Olearius f. Kenji Christoph f. von
dem verzuig. In Theologon für den
unfall zuliefer im ersten Jahr
ca. 1747.
- 25 Overkamp f. Georg Wilh. f. diff' in
periopam Evangelicam Matth. XXI,
v. 1-9. Gryphirwalde, 1747.
- 26 Pfaff f. Christoph. Matth. f. diff. num.
ex verbis paulinis: quis te discernit.
prædestinatio absolute exculpo
posset. Tübinge, 1746.
- 27 — de preciibus Christi
pro Crucifixoribus suis fisi, Tübinge,
1746.
- 28 — de poena temporali
post remissam Culpm non laenda,
Tübinge 1746.
- 29 — de poenis divinis, ob
aliena peccata inflictis, Tübinge
1747.
- 30 27. programma Rosdochien fij.
paedale, nem opf zolaifhr.
- 31 Sperber f. Cen. Gottl. f. diff. de
pudor, ob iesum crucifixum
cruifixendis, nec tamen ad eum
convertendis, Wittenbergie 1747.

32. Bauer f. frid. Em. f. diff. de Canone
ad centrum distinctorum, Wittenbergae
33. Wallh f. ioh. Georgij f. diff. de Sacra
Caena / a Laicis administranda,
iudicium 1797.
34. Warmann f. Chr. Eberk f. diff. de Senatu
futissime Confessionis mutatio ex
Iacobbo v. v. C. Tübinge 1796.
35. Dignitas Corporis hominis
Christiani ex qualitate domus et
Templi Dei, Tübinge 1796.
36. Noxia mutatione forme
docendi de Lege et Evangelio,
Tübinge, 1796.
37. Jansenius bis. frons, in
doctrina de Ecclesia, Tübinge, 1797.
38. Wollf f. Christoph. f. diff. oratio in
Contentor er Religione Christianae
dissidit 1796.
39. Curiosa fundatione der enorpha
propheta, Gen. VI, v. 2. Amsterdam
1727.

13

Q. D. B. V

DISSERTATIONEM
PHILOLOGICO - EXEGETICAM
DE
CRIMINE MAGIAE
ΘΕΑΝΘΡΩΠΩΙ
BLASPHEME OBIECTO

AD LOCOS

LVC. XI, 14 - 28, ET IO. IIX, 46 - 59,

ILLVSTRANDOS

PRAESIDE

CHRISTIANO SIGISMVNDO
GEORGIO

PHILOGIAE PROFESSORE PUBLICO

AD DIEM OCTOBR. A. C. CIO 15CC XLVI

IN AUDITORIO MAIORI

DEFENDET

IACOBVS FRIDERICVS THIELIVS

ZITTAVIA - LVSATVS

VITEMBERGAE

TYPIS IO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHI




DISSERTATONE
PHILOLOGICO-EXEGETICAM
DISSERTATONE
CRIMINAE MAGIAE
EEVANGELOPOLOI
BLASPHEMIE ORBICLO

CHRISTIANO SIGISMUND
GEORGIO

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIE LIBRARI
IN AVENTORIO MAGNI

ALLEGORIAS ET HISTORIAS THEATRUM

VERGILIANA AVES MUSICALIA
SILENTIA IN PRAECEPSIS



Quo seuerius DEVS T. O. M. magiae scelus in sacris V. T. tabulis, sigillatimque, *Deut. XIIIX, 9, seqq.* interdixerat Israelitarum genti, eo maius erat hoc crimen, cuius illi toties fere Dominum nostrum IESVM CHRISTVM postularunt, quoties is uerbo omnipotentiae, aut digito DEI, proscriptis ex obsecris diabolos, eoque maior fuit Θλασφημία, qua ipsum, non nudum hominem, sed Θεόν, adeoque ipsum DĒVM, impie exceperunt infelicitissima diaboli mancipia. Edocebit nos, de hac enormi horrendaque Iudeorum Θλασφημίᾳ, plura praefens *Dissertatio*, quae duas huius rei historias, quarum altera extat *Luc. XI, 14-28*, altera uero *Io. IIIX, 46-59*, tradit explicatas. Faxit Summum Numen, ut omnia ipsius gloriae et Ecclesiae aedificationi bene uertant.

C A P V T I

Q V O

EVANGELIVM DOM. OCVL

LVC. XI, 14 - 28, EXTANS

ILLVSTRATVR

V E R S V S 1 4

14 Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ ὁυτὸς *Et erat eiicens daemonium, et istud*
ἦν κωφός. Εγένετο δὲ, τοῦ δαιμονίου ἔξ- *erat mutum. Factum autem est,*
ελθόντος, ἀλάλησεν ὁ κωφός, καὶ ἐθά- *daemonio egresso, locutus est mutus,*
μασαν οἱ ὄχλοι. *et miratae sunt turbae.*

E Σ Η Γ Η Σ Ι C

Kaὶ ἦν ἐκβάλλων — κωφόν. Posthaec, iuxta *Vindicias N. T. ab Ebraism.*
p. 164, cum a precibus, quibus solitarie, pro more suo, supplicauerat D E O, et a colloquio cum discipulis, quo precandi formulam aequa, ac precum efficaciam, edocuerat eos, *Luc. XI, 1-13*, redierat in locum publicum, siue in ciuitatem quan-
dam, (quaenam autem illa fuerit, tacente s. L V C A, nos latet, nec ex contextu
diuinare licet, neque ex reliquis Euangeliis, qui hanc historiam non con-
signarunt literis. Tametsi enim similes historias s. MATTHAEVS, c. IX, 32,
seqq. XII, 22, seqq. et s. MARCVS, III, 22, *seqq.* tradiderunt nobis, tamen, recte no-

A 2

tante

tante b. CHEMNITIO, in Harm. c. LIX. p. 593, et b. LYSERO, in eiusdem Harm. c. 108, p. 1148, ab ea historia, quam refert s. LVCAS, diuersas esse, circumstantiae tum eorum, quos sanauit, et diabolis liberavit, tum temporis et locorum, euincunt. Conf. b. SANDHAGEN in Epistol Theol. Dec. I, p. 73, seq.) erat eiiciens, i.e. eiiciebat, verbo omnipotentiae suae, Ps. XXXIII, 9, ut alibi factum, daemonium, ex homine oblesso, quem ad ipsum eo fine attulerant, ut eo miserum liberaret. Antiquitus quidem vox *δαιμων* boni significatus erat nomen, et, teste PLATONE in Cratyllo, idem erat ac *δαιμων*, rerum peritus ac sciens, sapientia praestans, et, quoniam perfecta rerum peritia ac sapientia soli DEO conueniat, isque sit perfecte sapiens, rerumque peritissimus, deos cumprimis suos deasque, ac genios, gentiles hoc nomine compellarunt, uid. HENRICI STEPHANI Thesaurus Gr. Lingv. ad hanc vocem, b. VVOLFIUS in Cur. Philol. ad Aet. XVII, 18. In N. T. autem hoc vocabulum sumitur sensu malo, et, quod ab eo descendit, Adiectivum *δαιμονιον*, (quod alii *πνευμα*, subaudire aiunt, alii uero substantiue accipi, ut Θεον, DEVIS, aliaque id genus Neutra plura,) ad indicandum forte, quales illi fuerint dii deaeque, quos coluerunt religiose *δαιμονιων* nomine, scilicet, non uerus DEVIS, sed diaboli, 1 Cor. X, 20, impuri et nocentissimi spiritus, qualis et hic fuit, qui hominem tenebat obfessum, eumque reddiderat mutum, linguam eius, qua fidem suam profiteri, Rom. X, 10, DEVIM glorificare, Ps. CXLVII, 1, 7, CXLIX, 1, 5, 6, Iac. III, 9, proximo ac sibimet ipsi infusire, atque a brutis fese distinguere, debebat, ligans. Et hoc ab infelici effectu, quem in homine misero produxerat *δαιμονιον* istud, dicitur a s. LVCA, per metonymiam, *mutus*. Vtrum uero miser iste et auribus simul captus fuerit, quod, praeter alios, et THEOPHYLACTVS ad h. l. statuit, inquiens, Κωφος mutus frequenter dicitur, qui neque audit, neque loquitur. Dicitur autem et qui non audit, proprie uero, qui neque audit, neque loquitur. Et sane, qui a natuitate non audiunt, idem etiam necessario non loquuntur. Illa enim loquimur, quae per auditum loqui didicimus. Quando autem quis non audit, non mirum, si neque loquatur. Verum secus est, si cau cuiuspiam auditus offendatur. Nam eum, qui talis est, loqui nihil prohibet. Vnde qui ad Dominum adductus, et lingua et auribus, impeditus erat, pro certo haberri non debet. Imo potius contrarium ex contextu sacro est colligere, quia primo nihil de surdiratis dicitur uitio, quod eo laborarit obfessus, neque, quod eo liberatus fuerit, quae tamen momenta neutiquam reticuerit Scriptor diuinus, si obfessus talis fuisset, qualem sibi interpres nonnulli persuadent. Deinde, cum ii saltet, qui surdi nascuntur, sint simul muti, ut THEOPHYLACTVS adstruxit, noster vero

vero a prima natuitate non videatur obfessus, adeoque nec mutus, quia, postquam diabolus eiectus erat, loqui poterat, quod autem minime potuisse, si a natuitate fuisset surdus. Ex quibus omnino sequitur, quod non absolute inferri possit, istum simul fuisse surdum, rectius vero affirmari queat, quod mutus solum obfessione factus.

*Eγένετο δὲ -- οἱ ἄγγελοι. Factum autem est, daemonio, iussu Domini, egredio, non sponte, sed coacte, loquebatur, distinctas mentis suae notiones et conceptus, uerbis, in lingua uernacula receptis, exprimebat, cessante enim causa cessabat effectus, mutus, i. e. qui mutus fuerat, non quidem, ut supra monuimus, a natuitate, sed obfessione diaboli factus, qui eius linguam ligauerat, postquam uero iste Domini uerbo, DEIque digito, erat eiectus, ea nunc ad magnalia DEI eloquenda, eius gratiam glorificandam, ac hostias laudis et gratiarum actiones, pro misericordia sibi ex gratia exhibita, offerendas, *Pf. III, 1, seqq.* *Ies. XXXV, 6*, libere et recte uti poterat. Et, haec cum euenerit uiderent turbæ, quae ibi cateruatum, uariis forte ex locis et ciuitatibus adiacentibus, erant congregatae, miratae sunt, (non tamen omnes, sed nonnulli saltem, inter eos, uid, uersus seqq.) quia praeter omnem earum spem et expectationem haec euenerant, et, tale unquam esse factum miraculum, ignorabant. Vid. quae de admirationis causa, et quod illa fidei non repugnet, diximus ad *u. 33 Euang. Domin. post Natu. Christi*. Hinc dubitamus nulli, quin et in his fuerint alii, quorum admirandi ratio cum fide fuit coniuncta, et qui Iesum pro Messia habuerunt, cum et huiusmodi miracula in operibus Messiae referuntur, *Ies. XXXV, 5, 6*, alii uero, in quibus θαυμάζεν αρχὴν τῆς πίστεως fuit, (id enim eodem omnino iure hic afferendum uideat de fide, quod *SOCRATES de Philosophia*, statuens, θαυμάζεν τὴν αρχὴν τῆς Φιλόσοφίας,) in primis cum isti partim a blasphemantibus, *u. 15*, partim a tentantibus Dominum, *u. 16*, adeoque incredulius distinguuntur. Ceterum notetur, quod uereres aequæ, ac recentiores, nonnulli mytice hunc uersum exposuerint, et crediderint, in hoc homine, corporaliter obfesso, nobis adumbrari spiritualiter obfessos. De quibus *Io. II X, 44, 2 Cor. IV, 4*.*

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Lugendum hominum genus! quod ad imaginem DEI conditum erat, *Gen. I, 27*, ut esset templum SS. Trinitatis, nunc uero receptaculum est diabolorum, et ab iis, nisi corporaliter, tamen spiritualiter, obfessum, *Io. II X, 44, Aet. VII, 51, 54, 57, Eph. II, 1, seqq. 1 Io. III, 8, 10. Conf. προσωπ. seq.*

II In aeternum periissent omnes, nisi Iesus uenisset, et genus humanum morte, inferno, et diabolo liberasset, *Hof. XIII, 14, 1 Cor. XV, 54, seqq. Hebr. II, 14, 15, huius opus destruxisset, Col. II, 15, 1 Io. III, 8,*

potestate satanae spirituali liberatos in regnum suum transtulisset, *Col.* I, 13, 14, 15, et tempa filiosque nos fecisset *DEI*, *Io. XIV*, 23, *i Cor. III*, 16. Noli ergo o homo ei, qui cordis tui ianuas pulsat, *Apoc. III*, 22, ut te sanguine suo, satana eiesto, emundet, *Hos. XIII*, 14, *i Cor. XV*, 54, *i Io. I*, 7, *Apoc. I*, 5, cor tuum occidere, *Hebr. III*, 7, 8, sed reclude, ut Rex gloriae introeat, *Pf. XXIV*, 7. Noli amplius esse mancipium satanae, *Rom. VI*, 16, *seqq.* *i Io. III*, 8, 10, et diuersorum diabolorum, *Apoc. XXIX*, 2, sed fias *DEI* seruos, *Rom. VI*, 22, *DEI* filius, *Io. I*, 12, *Rom. II*, 17, *DEI* templum et habitatio, *Io. XIV*, 23, *i Cor. III*, 16. Recipias eum in hac uita, ut te recipiat in altera, *Io. I*, 12, *Apoc. XXI*, 3, 4, *XXII*, 3-5.

III Non naturae vires te satanae potestate et obsecione liberabunt, *Eph. VI*, 10, *seqq.* neque is sponte cor tuum, quod obsecit, deserer, *Matth. XII*, 45, sed Iesu te liberauit eius potestate, *Col. I*, 13, 14, *Hebr. II*, 12, Iesu sanguis te ab operum tuorum cordibus abluit, *i Cor. VI*, 11, *i Io. I*, 7, ut pulcher, satana liberatus, sis factus, *Pf. XLV*, 14, *Eph. V*, 26, 27.

IV Quot sunt hominum, qui, in statu gratiae lese esse, et satanam longius a se abesse, putant, licet ab eo sint obseci, *Gal. III*, 1, *Apoc. III*, 17, 18. Disce, quod tamdiu vinculis suis constrictum et obsecrum te teneat, quamdiu proximum odio prosequeris, quamdiu avaritiae, usurarum prauitati, fornicationi, cert. indulges, *Pf. XV*, 5, *i Io. III*, 8, 10, *IV*, 20, quamdiu membra tua facis arma iniustitiae, *Rom. VI*, 12, 13, 16, quamdiu lingua tua calumniaris, contra uero, cum loquendum sit, omnutescis, cum gloria *DEI* amplificanda, taces, *Pf. XV*, 3, *LIX*, 23, *Ies. LXI*, 10, reliqua.

V Admirabilis est *DEVS*, *Pf. XCVI*, 4, *XCIX*, 2, 3, *Ies. IX*, 6, admirabilia sunt opera eius, *Pf. LXVI*, 3, 5, *seqq.* *CXXXIX*, 14, sis ergo et tu eius, operumque ipsius, admirator perpetuus ac gloriae ipsius praeco, *Pf. XCVI*, 3, *seqq.* *CIV*, 24, *CV*, 1-5, *CXXXIX*, 14. *Conf. ad n. 33 Euang. Domin. post Natiuit. Christi, προσον. I et II.*

VERSUS 15 ET 16

15 Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐπονεῖσαν τὸν Βεελζεβούλα,
ἀρχόντα τῶν δαιμονίων, ἐκβάλλει τὰ δαι-
μόνια. Ετεροὶ δὲ, πειράζοντες, σημεῖον
παρὰ αὐτοῦ ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ.

Quidam autem ex ipsis dixerunt. Per
Beelzebul, principem daemoniorum,
eiicit daemonia. Alii autem, tentantes,
signum ab ipso quaerebant de celo.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Tινὲς δὲ — δαιμόνια. Quidam autem ex iis, procul dubio Pharisei, quos expresse in simili historia appellat s. MATTHAEVS, c. XII, 24, aliique ab iis inci-

incitati, in quibus deus huius mundi mentem excoecauerat, ne uidentur lucem Euangeli, nec ea, quae ad eorum salutem spectabant, Matth. XIII, 13, Luc. XIX, 42, 2 Cor. IV, 4, dixerunt blasphemē et inuidiose incredulitatis et diaboli mancipia, tum apud se in corde suo, Matth. IX, 3, Luc. XI, 17, tum inuicem forte in aurem susurrantes, ex metu, ne ipse perciperet auribus, ab eoque publice conuincerentur malitia. In, i. e. per, uid. *Vindic.* cit. p. 152, seq. Belezebul, cum quo paclum iniit, et cuius ope, quia sibi propitiū habet eum, auxiliatoremque, eo quod gentes Israelis a uero DEI cultu deflectere iubet, contra uero ad cultum alienum impellit, eiicit daemona. Atque eandem blasphemandi nequitiam didicerunt a maioribus suis Talmudici, qui, teste 10. LIGHTFOOT in Hor. Talmud. ad h. l. Iesum Nazarenū, Domum nostrum horrenda blasphemia Magum prædicant, cultus alieni ac nefarior inducторem, et per potentiam diaboli miracula edentem, ut cultui isti fidem ac honorem conciliaret. Sic enim scribunt illi nefandi homines, eodem teste, in Babyl. Schabb. fol. 104, 2, Ben סטראַן Satda exportauit magiam ex Aegypto, per caefuras, quas fecerat in carne sua. Per בְּנֵי סטראַן uero Iesum intelligunt Nazarenū, quem eo conuictio dedecorant, ut uno uocabulo et halitu ei, et matri eius simul, conuittentur. Nam סטראַן Satda, aut Stada, idem sonat, quod uxor adultera, idque paucis lineis interiectis demonstrat Gemara. סטה רָא סְבִעָה declinavit eam a marito. Iesum cum Iosua ben Perachiae in Aegyptum commigrasse, iram et gladium fugiente Iannaei regis, comminiscuntur in Sanhedrin, fol. 107, 2, atque illinc magicas præstigias secum reportasse, at sub incisa cute, ne a magis Aegyptiis deprehenderetur, qui omnes et terra ista egredientes accurato scrutamine explorarunt, ne quis artem eorum magicanam in terram transportaret alienam. Atque ibi haec horrenda addunt, יוש כהן וחותת הדרון את ישראל Jesus magicanam exercuit, et decepit, et ad idolatriam adegit Israelem, quod et ante recitat in eodem tractatu, fol. 43, 2, Vespre paschatis, inquiunt, suspendent Iesum, et mortem eius praecessit praeco per quadraginta dies, sic dicens. Egreditur ille lapidandus, eo quod præstigiis nūs est, et decepit, atque ad idolatriam adegit Israelem. Haec haec tenus LIGHTFOOTVS. Alii tamen inter Iudeos haec non ad Iesum Nazarenū relata volunt, sed ad alium quendam, omnia contra Domini nostri miracula ad commentitium suum Schembamporas referentes, quod ex templo ille in scheda consignatum literis, et impositum in uulnere, carni inciso, secum abstulerit, uid. PORCHETI Victoria contra Hebreos, P. I, c. XI, fol. XXX, edit. 1520, et b. LVTHERV in Libro de Schemhamphoras, qui ex PORCHETO, capit cit. in linguam uernaculam translatum, et commentarii illustratum, edidit, et extat Tom. II Opp. Ienens. Germ. fol. 109,

seqq. Magiae ergo criminis postularunt Saluatorem mundi hominum perditissimi, eumque pactum iniuisse cum daemonum principe Beelzebul, cuius ope minores eliceret. Sed, cur Beelzebul nomine daemonum principem compellarint Iudei, quaerunt, nec inuicem consentiunt, erudit. Alii enim arbitrantur, Beelzebul hic idem esse ac Beelzebub, idolum Eronitarum, 2 Reg. I, 2, quod summum repreſentat numen, et ita appellatum, quia aut muscae referebat imaginem, ut NAZIANZENVS testis est. Nam ueteribus mos fuit, scribit recte DRVSIVS, in Comment. poster. ad Voces N. T. c. XI, ut statuas deorum sculperent ea forma, quae corpore hominem referebat, cetera parte corporis aliquod animal, (quod nimis, uel deuicerant, uel in potestate habebant, et contra quod iuare poterant, uel cuius aliquando forma affumferant, et quae id genus rationes sunt aliae,) ΟΡΦΥΡΙVS περὶ τῆς τῶν ἐμβύχων ἀποχῆς hoc testatur claris uerbis, scribens, Διὸ εἰς τὴν θεοποίαν παρέλαβον πᾶν ζῶν, καὶ οὐδός που ἀνέμιζαν Θησέα, καὶ ἀνθρώπους, καὶ πάλιν οὐνέων σώματα καὶ αὐθεάπων. Εἰκάσαι γάρ τις παρ αὐτοῖς μέχρι τρίχηλον αὐθεάπωνδής, τὸ δὲ πρόσωπον ὄγκεον ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς ζῶντος κεντημένον. Καὶ πάλιν αὖτε φαλὴν αὐθρωπίον, καὶ ἄλλων τινῶν ζῶντος μέρη, aut quod muscas, quibus gentes nonnunquam affligebantur, abigere poterat, prout PLINIUS Hist. Natur. lib. XXIX, c. 6, tale refert exemplum, et lib. X, cap. 28, scribit, Inuocant Cyreneaci Achorem deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quae protinus intereunt, postquam litatum est illi deo. Conf. DRVSIVS laudatus in Comment. priori ad Voces N. T. p. 30, seqq. aut quia et muscas habebat effigiem, et, muscas abigere posse, credebatur. Cum igitur Iudei educti fuissent, idolis gentilium daemonas referri, idque idolum pro summo et idolorum principe, tum propter opem, quam illud tulisse, tum propter oracula, quae edidisse credebatur, haberi, adeo ut aliquando Rex Abazias istud consulere iussisset, principem ideo daemōnum hoc nomine compellasset. At hac ratione scribendum fuisset Βεελζεβούβ, non Βεελζεβούλ, et responderetur a 10. LIGHTFOOTO, l.c. inquiete, Apud Iudeos pro religione fere habitum fuisse, idolis atque idolatriae conuictari atque indere nomina probrofa, -- Babil. Sanhedr. fol. 93, 2, Omnis irrisio prohibetur praeter irrationem idolatriae. Repetitur hoc etiam in Megillah. fol. 25, 2. Hinc immutatio nominis Βεελζεβούβ in Βεελζεβούλ, dominum stercoris, facta creditur. Alii uero cum GROTIUS in Matth. X, 25, opinantur, Βεελζεβούλ idem esse ac Βεελζεβούβ, quod Iudei per ludibrium indidissent Eronitarum idolo, quibus Βεελσαυνη, i.e. ζεῦς οὐράνιος, fuisset appellatum. Vnde non tantum probare uoluit hanc sententiam suam, sed et ipse legit Βεελζεβούβ, inquietus, Βεελζεβούβ. Ita Syrus, ita Latini ueteres, ita Hebraeus sermo. Quod alii scri-

scribunt Βεελζεβούλ, aut scriptoris, aut pronuntiationis est corruptio, quae in postremas literas saepe incidit. Ita Αζκούμ pro Αζακούν legitur in Versione LXX. Et Σεννχαζέμ pro Σενναχρεί. -- Cum nero hoc fuerit nomen eius, qui inter deos gentium excelleret, uix credibile est, ab ipsis Accaronitis, eorumque uicinis, dictum fuisse Beelzebub, i.e. μυσταριούς dominum. Nam μύσα-γος, σμωθεὺς, et similia, minorum numinum sunt vocabula. Mibi ualde placet, quod a uiris optime de sacra historia meritis est annotatum, solitos gentium deos ab Hebreis appellari nominibus in contumeliam mutatis, sicut et Bethel, h.e. domum Dei, Bethauen, i.e. uanitatis domum, dixerat. Sic illud nomen, quod Accaronite, ut Phoenices alii, vocabant Σειλσαμήν, h.e. ὄντεαν, aut Διά ὀλύμπιον, it Dius scribebat, in Phoenicum historiam, Iudei vocarunt Βεελζεβούλ, h.e. Iouem muscarium, Beelsamen autem vocatum fuisse deum istarum nationum, praeter Philonem Byblium, Augustinus nos docet, ad Iudicum c. II. Sed quaeri adhuc potest, unde origo contumeliosi nominis? Dicam, quod uidetur. Narrant magno consensu Iudaci ueteres, inter alia priuilegia, quae DEVS templo Hierosolymitano concederat, hoc etiam fuisse, quod, cum tantus quotidie ui- etimarum numerus caederetur, nulla tamen unquam in templo musica conspecta fit, quod cum praestare non posset ille celeberrimus inter profanas gentes Χρι- στιανοί, sed perpetuo templum ipsius musicarum gregibus scateret, ideo a Iudeis musicarum Iupiter appellatus est. Verum ut GROTII lectio, quam contra Codicum Graecorum auctoritatem recepit, nec probanda, nec corrumpit texus admittenda est. Ita excipiunt alii cum b. CALOVIO ad Matth. X, 25, quod, si per ludibrium nomen Σειλσαμήν a Iudeis immutatum fuisset in Βεελζεβούλ, credibile non esset, Azachian, idolum istud consulturum, hoc nomine, per ludibrium ipsi indito, usum fuisse, sed Σειλσαμήν, uero eius nomine, compellasse. Atque huic exceptioni, cum uero omnino sit similiis, GROTII sententia, utur speciosa, uix anteferenda uidetur. Quae cum ita sint, et unaquaque prematur sententia sua difficultate, nobis uidetur, uocem Βεελζεβούλ, dominus fieroris, hic prorsus esse distinctam a uoce Βεελ- ζεβούλ, quo quidein nomine idolum Eeronitarum appellatum fuit, sed diabolum, probari non posse, eodem appellatum. Βεελζεβούλ ergo dia- bolorum princeps, non Βεελζεβούλ, a Iudeis uidetur nominatus, tum ob impuritatem, qua ille interne commaculatus est, unde et Marc. III, 30, idem ille dicitur πνεῦμα ἀνίδαγτος, spiritus impurus, qui, u. 22, diceba- tur Βεελζεβούλ, tum ratione operum, quae ille impura in filiis incredulita- tis operatur, tum ob foetorem, quem ille post se relinquere dicitur, tum in oppositione Numinis purissimi sanctissimique, ad indicandum, quod impurus ille ab hoc purissimo, toto coelo, differat, et quemadmodum huius opera sint

lucis, iustitiae, puritatis, ac sanctitatis, ita illius sint tenebrarum, iniustitiae, impuritatis, et abominationis. Quae si accipiatur sententia, prout secundum literam accipienda est, variis supercedere possumus quaeltionibus, et in primis ea, quam hic mouerunt eruditii, cur pro Σελζεούλ scriptum fuerit Σελζεούλ, et cuius rationes haud unas allegarunt dissentientes inuicem, a МАТTHAEO POLO in *Synopsi ad Matth.* X, 25, collectas. Per hunc igitur Σελζεούλ, spiritum impurum, eumque impurorum spirituum, sive daemoniorum, principem Iesum eicere daemonia minor, ipsique subiecta, blasphemabant Iudei. Sed, eum hic Σελζεούλ dicatur princeps, Iudei uero daborum principem et regem nominent יְהוָה, cuius Tob. III, 8, fit mentione, uid. BVXTORFIVS in Lex. Chaldeo-Talmudico, p. 237, item נָשָׁר uid. BVXTORFIVS, l.c. p. 1495, noua oritur quaestio, quomodo haec inuicem conueniant, et respondetur, Iudeos in ordines distinxisse varios Angelos, sicut bonos, ita et malos, et eorum unicuique praefecisse principem, sive regem, unde Sammael nonnullis dicitur princeps aeris, adeoque spirituum, quibus aer assignatus creditur, nonnullis uero שָׁמָן Caput omnium spirituum, item Angelus mortis, vid. BVXTORF. l.c. Asmedai uero dicitur princeps eorum spirituum, qui dissidiorum et rixarum autores, et in primis coniugibus insidiari, creduntur, quos CHRISTIANVS GERSON appellavit Λητευστη, vid. BVXTORF. l.c. Sic varios de variis diabolis variorum uitiorum autoribus, vom Sauss. Kriegs. Staats. Kleider. Geiz. Wucher. Lügen. Jagd. Hosen. Teuffel, ceteri recensuit libros MARTIN. LIPPENIVS in Biblioth. reali Theol. ad vocem Diabolus. Beelzebul ergo eadem ratione dictus procul dubio est princeps spirituum impurorum, ab operationis effectu ita vocatorum. Quae cum ita sint, unusquisque intelligit, quod assertum Scriptoris sacri cum assertis Rabbinorum facile conciliari possit, quamvis alii coniiciant, quod Talmudici eum nuncuparent Sammael, aut Asmedai, quem antiquiores compellarunt Beelzebul, sed, quaecunque res sit, nobis animus non est de hac Iudeorum hypothesi alicui item mouendi, sed missam potius eam facimus, arque in eo acquiescimus, quod ex istorum Iudeorum hypothesi, qui blasphemabant Dominum, is forte daemoniorum princeps dictus fuerit Beelzebul, qui alias in sacris vocatur Satan, Job. I, 6, seqq. Apoc. XII, 9, παντρός, Matth. XIII, 15, διάβολος, 1 Petr. V, 8, Iud. uers. 9, Apoc. XII, 9, princeps et deus huius mundi, Io. XIV, 30, 2 Cor. IV, 4, draco et serpens, Apoc. XII, 9, aduersarius, 1 Petr. V, 8, et quae, id genus, nomina sunt alia plura. Reffaret iam, ut hac occasione de Angelorum malorum existentia, essentia, eorumque operatione in filiis incredulitatis, tum spirituali, tum corporali, nonnulla diceremus, in primis, cum haec doctrina, post BALTHAS. BEK-
KERVM

KERVUM in der bezauberten Welt, CHRISTIANVM THOMASIVM in Differt. de Crimine Magiae, impugnetur a bene multis, sed, cum eam omnia loquuntur systemata fere, et scripta extent perplura, b. Lectorem ad ea remittimus, in iisque tamēn, si lubet, conferri possunt b. CALOVIVS Tom. IV System. Artic. I, c. 3, RVMPAEVS in Differt. Vtrum detur aliqua diaboli in hoc mundo operatio? GRAPIVS in Theol. recens controv. Tom. II, c. 3, qu. IX, ANONYMI Widerlegung der bezauberten Welt, Hamb. 1708 edit. Summe Vener. IOACHIMI OPORINI erläuterte Lehre der Hebräer und Christen von guten und bösen Engeln, reliqui.

Etepos δε -- εξ οὐρανοῦ. Alii autem inter turbas increduli, qui quidem Dominum neque blasphemabant, neque eius admirabantur miraculum, sed, quasi medium viam ingressi, more patris sui, diaboli, Matth. IV, 1, 2, Io. III, 44, 1 Io. III, 8, tentantes, adeoque grauissimi peccati rei, uid. quae ad u. 7 Euang. Domin. Innuocauit diximus, signum ab eo miraculosum quaerebant, quemadmodum alii iamiam fecerant, Matth. XII, 38, X VI, 1, Marc. IX, 11, de coelo, quale ediderat Moses, qui Mannam dedit, Exod. XVI, 4, 6, 15, quale Iosua, cuius iussu sol stetit in coelo, Ios. X, 12, 13, quale Samuel, qui precibus suis tonitrua et tempestates excitauit, 1 Sam. VII, 9, 10, quale Elias, qui ignem de coelo prouocauit, et se capturos perdidit, 2 Reg. I, 9, seqq. quale Iesaias, qui solem retrogreedi fecit, Ies. XXXIX, 8. Mens itaque ipsorum haut dubie fuit haec. Hoc tuum factum, quo daemonium elecisti, nobis non sufficit ad conuincendos animos nostros, te esse Messiam, Moses aliique Prophetae signa ediderunt de coelo, quale ergo tu facis signum, ut uideamus et credamus tibi, quid operaris? Patres nostri manu manducauerunt in deserto, Io. VI, 30, 31. Fac idem de coelo signum, si Messias es. Verum, cum hi homines, instar Pharaonis, Exod. IX, 23, 27, 28, 33, seqq. indurati et incredibili essent, parum certe ad ipsorum animos emolliendoz conuincendosque effecisset signum de coelo, Ier. IV, 22, VII, 24, seqq. Matth. XIII, 15, 2 Cor. IV, 4, in primis, cum signum ipsis de coelo iam iam datum esset, quando baptizabatur, Matth. III, 16, 17, et posthaec quoque datum, multum tamēn aberat, ut crederent, uid. Io. XII, 28, 30, 37. Quamobrem iis hoc denegat Dominus, Luc. XI, 29, 30, 31, quod ad ipsorum supplicia aliquando augenda, Luc. XII, 47, potius, quam salutem promouendam, Ies. LXV, 2, Matth. XXIII, 37, Rom. X, 21, fecisset.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I In Ecclesia bonis sunt mixti mali, Matth. XIII, 19, seqq. 47, seqq. Io. XV, 2, 6, conf. Art. VIII Aug. Conf. Dantur in illa fide firmi et infirmi, Rom. X V, 1, dantur derisores, blasphemari, et diaboli incarnati, Io. VI, 70, sceptici, Iac. I, 6, 8,

6, 8, et qui cum Thoma credere nolunt, nisi manibus rationis contestauerint ea, quae sunt fidei, *Io. XX, 25, Hebr. XI, 1.*

II Satanae, eorumque, qui ipsius sunt apostoli et filii, mos est, ut opera piorum et filiorum lucis, si uel maxime bona sint, criminose traducant, et conuictis proscindant, *Io. IX, 44, 1 Tim. I, 20, 2 Tim. IV, 14, 15, Ind. u. 10, seqq.* Noli perturbari, si idem tibi euenerit, expende, quod, si Dominum appellarent *Beelzebul*, quanto magis suos hac iniuria lacercent illi, *Matth. X, 24, 25*, si Domini improbauerint opera, et mores eius reprehenderint innocentes, quanto magis tuos, *Matth. XI, 19.*

III Noli Pontificiorum insaniendi libidinem uel demirari, uel eadem confundi, quando doctores Ecclesiae nostrae, et in primis b. LUTHERVM in περιαθάγμασι referunt, eumque criminantur, ac si a diabolo progenitus, obsecratus, agitatus, et anima eius in infernum ab eodem deportata esset. Reuoces quoque altera ex parte in memoriam, quod idem Iudei, eodem malignitatis spiritu agitati, quo Pontifici, obiecerint Domino, iuxta Προτοικ. anteced. quod idem obiecerint S. Iohanni, *Matth. XI, 18*, et quod sancti Apostoli quoque πάντων περίψυχα et περιαθάγματα τοῦ κοσμου ἐγενήθησαν, *1 Cor. IV, 15*, altera uero ex parte, quod satanas damnum sibi, suisque illatum, alio modo, nisi calumniando, persequendo, et blasphemando vindicare possit.

IV Quo magis ueritas coelestis elucescit, eo magis eam uel blasphemando, uel comminando, uel supplicia inferendo iis, qui eam propugnant, obscurare et suppressimere satagunt impii, in primis cum auctoritas et gloria ipsorum, cum lucrum et redditus periclitari videantur, *Io. XI, 47, 48, Act. XVI, 19, seqq.* quanquam frustra, *Io. IX, 24, 25, Act. IV, 16, seqq. V, 28, seqq. 40, seqq. VI, 8, u. 13, 15, XIII, 45, seqq.*

V Peruersum Papistarum genus! quod DEI opera diabolo vindicat, et quae bonae sunt proborum actiones, turpiter et αὐτοκαταρπίτως denigrat ac contumeliose traducit, diaboli contra facinora, improborumque sceleras, uel DEI auctoritate ornare, uel laudibus ad coelum usque extollere, allaborat.

VI D'EV M qui tentat, proximum qui calumniatur, eiusque facta conuiciatur bona, est a diabolo, mendacii et temptationis parente, *Matth. IV, 1, 2, Io. IX, 44, 1 Io. III, 8, 10, 15.* Conf. quae de temptatione dicta sunt ad u. 7 *Euang. Inuocavit Προτοικ. III, et seqq.*

VII Ira est incredulorum ingenium comparatum, ut ea, quae DEVS, ad fidem excitandam, edidit signa, uel flocci pendeant ac parum attendant, uel despici-

despiciant, et alia quaerant media, quibus ad fidem perueiant. Noli, qui huius generis es homo, putare, deesse, quibus conuinci possis, argumenta, sed hoc agnoscere, quod oculi mentis tuae sint excoecati a satana, ne uidens uideas lumen Euangelii, Matth. XIII, 14, 15, 2 Cor. IV, 4.

VERSUS 17 ET 18

17 Αὐτὸς δὲ εἰδὼς ἀντῶν τὰ διανοήσαται,
ἔπειτα ἀυτοῖς· Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑα-
τὴν διαμεριθέσα ἐγκυοῦται, καὶ ὅλος
18 ἐπὶ ὅλον πίπτει. Εἴ δὲ καὶ ὁ σατανᾶς
ἐφ' ἑαυτὸν διαμεριθῇ, πῶς σαθῆσται
ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ὅτι λέγετε, ἐν ΒΕΖΑ·
ζεβουλ ἐνθάδεν με τῷ δαιμόνῳ.

Ipse autem, uidens eorum cogitationes, dixit ipjs, Omne regnum in se ipsum diuinum desolatur, et domus in domum ruit. Si ergo et satanas in se ipsum diuinus est, quomodo statbit regnum eius? quia dicitis, per Beelzebul euicere me daemona.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Αὐτὸς δὲ — πίπτει. Ipse autem Iesus, cordium scrutator, Ier. XVII, 19, Io. II, 24, 25, Act. I, 24, et in occulta prospiciens, Ier. XXIII, 24, cum uideret eorum, quas in cordibus uidebant, et clam iniucem communicabant blasphemias cogitationes et ratiocinia nefanda, hominibus quidem abscondita, sed non θεανθράπω, cuius oculis omnia sunt nuda et τετραχηλισμένα, Hebr. IV, 13, dixit ipjs blasphemis, totidem fere verbis eos confutans, quo alio tempore contra eandem blasphemiam usus fuerat, Matth. XII, 24, seqq. seque mirifice, quintuplici arguento, criminis sibi obiecto liberat, quorum primum ab absurditate desumptum aduersarios absurditatis conuincit, in uerbis, Omne regnum, si uel maxime sit florentissimum, amplissimum, potentissimumque, in, siue aduersus, se, iuxta S. Matth. XII, 25, diuinum, uel, ut BEZA transtulit, aduersus se ipsum diffidens, quando nimirum eius Princeps contra subditos, et subditi contra Principem insurgunt, uel ipsi Principes, in uno eodemque regno, sibi iniucem aduersantur, ac bella gerunt, ut alter alterum opprimat, desolatur, ciuitates nimirum incenduntur et evertuntur, incolae bonis priuantur et interficiuntur, agri denique iacent inulti et steriles. Hoc enim malum ut omnia bella secum ferunt, ita inprimis bella ciuilia et intestina id inferunt, quemadmodum Graecia, Roma, et ipsa Germania nostra, tristi docet exemplo. Et, ut rem alio declararem simili, domus, sc. μεγιθεῖσα, prout hanc uocem, ex propositione antecedente repetendam, addidit s. MATTHAEVS, c. XII, 25, in domum, i.e. per metonymiam, familia in familiam, siue in se ipsam,

dissidens ruit, et se inuicem euertit. Ut enim concordia res paruae crescent, ita discordia maxima dilabuntur. Quodsi ergo, expendatis ipsi uestram absurditatem, daemonis eiicerem per Beelzebul, sequeretur omnino, diabolum aduersus diabolum insurgere, et inuicem dissentire.

Ei δὲ καὶ -- δαιμόνια. Si uero hac ratione satanas in se ipsum divisus est, uel, dissidet, ex uestra sententia, quomodo stabit, et firmum erit regnum eius, quod hue usque constitut, nec a diabolorum dissensi, sed mea aliquando uirtute, euertetur, de qua paulo post ad u. 22, *quia dicitis inconsiderate, blasphemie, et inuidiose, per Beelzebul eiicere me daemonia.* Verum excipies, possibile tamen esse, ut diabolus diabolum eiicere possit, et responderetur, hic non quaeri, quid possibile sit, aut pro forma fieri possit, sed quid reuera, et serio, fiat, quemadmodum haec dudum obseruauit CHRYSOSTOMVS, Homil. XII in Matthaeum scribens, *Aliud est impossibile, aliud falsum. Impos-* sibile est, quod fieri non potest, falsum autem, quod fieri quidem potest, factum autem non est. *Quod ergo Iudei aduersus Christum dicebant, possibile quidem erat, uerum autem non erat.* Quomodo non erat uerum? *Quia Christus qui-* dem in Beelzebub non eiicerat daemonia, fieri autem poterat, ut in spiritu dia- boli daemones expellerentur. Num quid Pharisaei, homines docti in malo, hoc aduersus Dominum blasphemassent, nisi cognouissent, fieri posse? Nam falsum quidem dicere hominum est malignorum, quia falsa res, si bene continuata fuerit, uera et credibilis aestimatur. Rem autem impossibile dicere, insensatorum hominum est, non malorum, quia, quod impossibile est, defensione non indiget, quia impossibilitas rei se ipsam defendit. *Quod daemones diximus a Beelzebub posse expelli, quantum ad primum intuitum, diximus posse, secundum quod multi sediu-* feres uidentur expellere, reuera autem impossibile est, ut in Beelzebub daemo- nes expellantur, quia expellens daemonem non propter odium ipsius daemonis, ne- que propter salutem hominis ipius, eicit eum, sed ut uidentes perdat deceptos, quicunque crediderint ei, uel ministris eius, quod possit eiicere daemones. Nam eiiciens non eicit eum, sed colludit cum eo, ut per praecipientem daemonem et alterum obedientem seducantur uidentes. Ideo et Dominus, sciens, quod pro forma eiiciuntur, non in ueritate, ad ipsam ueritatem, non ad formam, respon- dit, dicens. Omne regnum in se diuisum, ceter. i.e. Sicut non potest fieri, ut aliquis se perseguatur, sic non est possibile, ut diabolus diabolum eiiciat. Regnum iaboli est omne malum, regnum autem DEI omne bonum. Ergo diabolus, rex mali, si bonum faciat, ipse destruet regnum suum, quia aduersus se agit. -- Eiiciens itaque diabolus diabolum delusorie, non bonum facit, sed malum, i.e. non aduersus se agit, sed pro se, quia non eiiciendorum daemonum gratia eiicit dae- mones, sed seducendorum hominum causa. Nam expedit et ipsis daemibus obe- dire

dire sibi inuicem pro forma, et exire de corpore. Melius enim est ei exire de corpore, et animam occupare, unum dimittere, et plures possidere. Quod egregie confirmant exempla in Papatu, quibus diaboli dicuntur electi, inuocatione Mariae, Sanctorum reliquorum, imaginum, et quae id genus sunt alia. Quis enim hic crederet, satanam Exorcistarum nugis exuisse coacte, quin potius hoc fecerit sibi et libenter, ut amplificaret regni sui limites, idolatriam in Papatu confirmaret, et plures hoc facto ad se adducesret in perniciem animas. Quam in sententiam recte scripsit b. BACKIVS ad h. l. p. 87, P. II, inquiens, *Quando itaque diabolus a CANISIO, in Capella b. Virginis, in antiqua Oettingen, ita est expulsus, Mengrinio referente, ut ad Loretanam Mariæ Litaniam insinuerit fureret, ut lignea Mariæ imagine, quae obsequacuertici imposta, caput sibi conteri clamaret, ut Orationem Dominicam devote oraret, ut Angelicam salutationem aliquoties recitaret, dicens. Videte, haeretici nolunt inuocare sanctos, cum tamen nos diaboli hoc cogamur facere, immo cum tandem ille dæmon dixerit.* O Maria, gratia et misericordia tua sit super omnes, qui hanc tuam Capellam uisitant. Ah ora pro illis, quis non uidet, dæmonem libenter cessisse, ut idolatriam confirmaret, et pro uno corpore multas obserderet animas. Recte enim de eo praedixit CHRYSOSTOMVS, Hom. 29 in Matth. XII, scribens, *Quando appropinquat regnum Anti-Christi, in spiritu diaboli efficiuntur daemonia et uirtutes multae fient.* Conf. b. CHEMNITIVS Harm. c. 59, p. 603. Ex quibus dictis simul intelligitur, falsum esse, quod concordia sit uerae Ecclesiae, siue regni DEI, signum, discordia contra regni diaboli, ut BELLARMINVS lib. IV de Not. Ecclesiae, c. 10, Tom. II Opp. p. 195, statuit in verbis, *Certum est, concordiam esse signum regni DEI, quod in acerbum stare debet, discordiam autem regni diaboli, quod tandem ruerre debet, iuxta illud, omne regnum iuxta se diuisum desolabitur, Matth. XII, 25.* Quemadmodum enim absone uerba Christi, et plane menti eius contrarius, excitauit Purpuratus, cum Dominus, diabolos inuicem discordes non esse, ostenderit iisdem. Ita concordiae necessitatem uerae Ecclesiae et regno DEI quidem vindicamus ex Io. XVII, u. 22, Act. IV, 32, Rom. XII, 16, 1 Cor. I, 10, Eph. IV, 3, sed, quia nec regno diaboli concordia, ex sententia Christi, denegari potest, nec regno Anti-Christi sui, quod ipse BELLARMINVS l. c. adstruit, nec diabolo et Anti-Christo coniunctim summis, Apoc. XIII, 1, seqq. unusquisque intelligit, concordiam regni DEI, siue uerae Ecclesiae, notam non esse.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Cum Iesus noster sit omnipotens, cui diabolos quoque oportet obsequi, contremiscentes, Matth. III, 29, Iac. II, 19, et omniscius, qui cogitationes

hominum nouit, *Io. II, 24, 25, XVI, 30*, tene α) contra diuinitatis I. C. hostes, quod sit uerus DEVS, *Io. I, 1, 14, Rom. IX, 5, Col. II, 9, 1 Tim. III, 16, β)* quod si iuuare suos possit, *Pf. LXIX, 21, Ief. XL, 14, Hebr. IV, 16*, te uero ipsi confidere deceat, *2 Cor. I, 9, 1 Tim. I, 1, γ)* quod suos norit, *2 Tim. II, 19*, tuasque cogitationes e longinquō, *Pf. CXXXIX, 1, seqq. Hebr. IV, 13*. Caeu ergo, ne petulanter et in occulito pecces, uel in corde aeras, Dominus non attendit, uider enim Dominus, *Pf. XCIV, 7, seqq. Ez. IIX, 12*, caue, ne cogitationes uoueas peccaminosas, iisque assentias, uider enim eas is, *Matth. IX, 4*, qui corda scrutatur, cogitationem est Iudex, *Ier. XVII, 19, XX, 12, XXIII, 24, Hebr. IV, 12*, et coram quo omnia sunt denudata, *Hebr. IV, 13*.

II Licet quidem munus a DEO sibi commissum, nominisque famam, a blasphemantium iniuriis in DEI gloriam, et Ecclesiae aedificationem, vindicare, sed argumentis, non dicteriis, spiritus ostensione, non carnis instigatione, mansuetudine, non iracundia, *1 Reg. XIIIX, 18, Io. IIX, 48, 49, XIIIX, 23, Act. XXVI, 25, Rom. XII, 14, 17, 19, seqq. 1 Cor. II, 4, IX, 15, 2 Tim. II, 24, seqq. 1 Petr. II, 21, 23, III, 15, 16, IV, 14*.

III Quo diligenter bono incubueris ac proximum adiuueris, eo magis increbresceret inuidia, eo plures criminandi ac traducendi modi effingentur ab impiis, *Io. X, 32, Act. XVI, 20, XXI, 38*. Sed noli haec curare, uel lassus fieri, uel prorsus deterreri, *Gal. VI, 9, Hebr. XII, 3*, uerum patienter fer, fortiusque in cursu tuo persiste, et scias, persecutionem esse mercedem, mundi, tibi uero gloriam, *2 Tim. II, 9, III, 12, 1 Petr. II, 19, seqq. IV, 13, seqq. Hebr. XI, 36, seqq. XII, 1, seqq.*

IV O infelix excoecatumque hominum genus, qui sibi persuadent, diabolos in sui fauorem inuicem uel dissentire, uel sibi bene cupere, eaque de causa ipsis se se committunt, pacta contrahunt, atque multum utilitatis inde sperant, cum tamen inuicem dissentiant nunquam, *Matth. XII, 26, Apoc. XII, 7*, sed sint illi, qui hominibus damna et calamitatis machinantur, *Gen. III, 1, seqq. 2 Cor. XI, 3, 1 Petr. V, 8, Apoc. XII, 9, 12, seqq.* ac mirifice ad nocendum consentiant. Quare non fidendum diabolis, sed ab ipsis cauendum ac decertandum est cum ipsis, *Eph. VI, 12, seqq. 2 Petr. III, 17*.

V Heu quantum generis humani dedecus! Diaboli inuicem sunt concordes, homines discordes, licet uel maxime tum a lumine reuelationis, *Pf. CXXXIII, 1, Gal. V, 14, 15, Eph. IV, 3*, tum naturae, uoce illa notissima, *concordia res paruae crescunt, discordia maximae dilabuntur*, ad concordiam inuitentur.

VI Discordia non est a DEO, qui est pacis auctor, *Rom. XVI, 20, 2 Cor. XIII, 11*, sed a diabolo, latrone, ac mendacii parente, *Io. IIX, 44, 1 Io. III, 8, 10*.

VER.

VERVS 19 ET 20

19 Εἰ δὲ ἐγώ ἐν βέελζεβούλῃ ἐκβάλω τὸν
δαιμόνιον, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τούτῳ ἐκβάλουν-
σι; Διὸ τοῦτο κρίται ὑμῶν ἀυτοὶ ἔσον-
ται ταῖς. Εἰ δὲ ἐν δωκτηλῷ Θεοῦ ἐκβάλω
τὸ δαιμόνιον, ἀφ' ἐφθάσεως ἐφ' ὑμᾶς η-
βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Si autem ego per Beelzebul eiicio dae-
monia, filii uestris per quem eiiciunt? Propterea iudices uestris isti erunt.
Si uero per digitum DEI eiicio
daemonia, utique uenit ad uos re-
gnus DEI.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Ei, δὲ ἐγώ — ἔσονται. Si autem ego, non αὐτεξουσώς, licet id ipsi dia-
boli sint confessi, *Matt. IX, 29*, sed, ut uos criminamini, per Beelzebul eiicio, et
quidem per collusionem, *daemones, quaero ex uobis, filii uestris, qui eos DEI*
meoque nomine eiiciunt, *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49*, *per quem, per me, an per*
Beelzebul, eiiciunt daemones? Propterea illi filii uestris, qui certe norunt, se
non mediante diabolo, sed DEI meoque nomine, eiicere ex obseffis daemo-
nes, *iudices uestris erunt, in condemnationem uestram suis contra uos testi-*
moniis sententiam laturi. Atque hoc est argumentum secundum, quo blas-
phemos malitia studiisque parium conuincit Dominus, a minori ad maius,
aut a simili casu, concludens. Si filii uestris meo nomine eiiciunt daemones,
nec tamen iis magiae crimen, uel pactum cum diabolo, obiicitis, multo minus
mihi id impingi poterit, qui αὐτεξουσώς et digito DEI eos eiicio. Vel ut b.
LVTHERVUS in h. l. scripsit, *Als wolt er sagen, ist das nicht eine öffentliche Wüterey?*
Eben das ihr in euern Kindern lobet, das verdammt ihr in mir. Weil es eure Kin-
der thun, so ist es von Gott, weil ich es aber thue, so muß es vom Teuffel seyn. So
muß es gehen in der Welt. Was Christus thut, das ist des Teuffels, wenns ein an-
derer thüt, so wäre es recht. Sed, qui sint filii illi, iudicaturi blasphemos pa-
rentes, ab interpres fuit quaeſitum, et ab eorum nonnullis responſum,
a) Apostolos Domini esse intelligendos, quam in rem, praeter HILARIVM,
HIERONYMV, THEOPHYLACTVM aliasque, scripsit CHRYSOSTOMVS
in *Matt. XII, Hom. 29*, *Filios eorum Apostolos, alio uero loco Discipulos, dicit,*
*qui erant ex illis, quos superius misit ad praedicandum, dans illis potestatem spiri-
tuum immundorum, ut eiicerent eos.* Qui credentes dixerunt, Domine, in nomi-
ne tuo etiam daemonia nobis subiecta sunt, *Luc. X, 17, i.e. Interrogate filios ue-
stros, in quo eiiciunt daemonia.* Si illi in nomine meo eiiciunt daemonia, dicentes,
in nomine Iesu Christi praecipio tibi exire ab illo, uerum est, quod non ego in
Beelzebub eiicio daemonia. Nam, qui talis est homo, ut in Beelzebub eiiciat dae-
monia, nomen eius non potest sic honorificatum esse, sic terribile, ut in nomine eius

daemonia ab aliis quoque expellantur. Ideo ipsi iudices uestrri erunt, quando cum sederint super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. β) Discipulos Domini uniuersos indigitari existimare alii, ut ex BEDAUE uerbis in Luc. XI, constat, scribentis, Dixit hoc utique de Discipulis suis, illius populi filiis, qui certe discipuli Domini Iesu Christi bene sibi concisi fuerant, nihil se malarum artium a bono magistro didicisse, ut in principe daemoniorum eicerent daemones. Ideo, inquit, ipsi iudices erunt uestrri. Ipsi, inquit, ipsi ignobilia et contemptibilia huic mundi, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meae uirtutis apparat, ipsi, testes mei, iudices erunt uestrri. γ) AVGUSTINVS quidem de uerbo Domini in Matth. quoscumque intellectos uult Iudeos, aucta credentes, tum credituros, et in nomine eius daemones eieciuros. δ) HIERONYMVS in Matth. XII, aut Exorcistas in Iudeis, aut Apostolos Domini, intelligi est opinatus, scribens, Filios Iudeorum uel Exorcistas gentis illius ex more significat, uel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si Exorcistas, qui ad inuocationem DEI ciebant daemones, coarctat interrogatione prudenti, ut confiteantur, Spiritus S. esse opus. Quodsi expulsio daemonum, inquit, in filiis uestris DEO, non daemonibus, deputatur, quare in me idem opus non eandem habet causam? Sin autem de Apostolis dictum est, quod et magis intelligere debemus, ipsi erunt iudices eorum, quia sedebunt in duodecim soliis, iudicantes duodecim tribus Israel. ε) Recentiores, post b. LUTHERVM in h. l. plerique pro Exorcistis militant, in iisque, praeter CHEMNITIVM in Harm. c. 59, p. 604, seq. LYSERVUM ibid. c. 108, p. 1149, HAMMONDVUM in Not. N. T. ad Matth. XII, 27, CALOVIVM in Bibl. Ill. ad Matth. XII, 27, DRVSIVM, aliasque, GROTIUS ad Matth. XII, 27, sequentibus argumentis adductus, scripsit in uerbis, si vici ipsa. Non Apostoli, qui a Pharisaeis una cum Christo accusabantur, sed populares Pharisaeorum atque discipuli, neque inter eos illi, qui uerbis, fuisseibus, et uinculis aduersus daemonas utebantur, quod non erat institutum origine Iudaicum, atque a Salomonе deductum, quod nult Iosephus, sed a gentibus defuntum, ut recte docet Tryphonem Iustinus, sed ii, qui daemones ciebant, non quidem ipsius Iesu nomine, quod tum nemo faciebat, praeter eos, qui Iesum seculabantur, sed inuocantes DEM Abrahani, DEM Isaaci, DEM Iacobi. Nam has fuisse solennes carminis formular, quas a Salomone manasse non negauerim, diserte prodiderunt non Iudei tantum, sed et Christiani scriptores, quorum testimonia ad lucem huic loco afferendam producere erit opera pretium. IVSTINVS, aduersus Tryphonem disputans, Εαν δὲ κατὰ πάντος ὀνόματος τῶν παρ' ὑμῖν γεγεννημένων οὐδεῖσιν, οὐδὲ φυτῶν, οὐδὲ πατεραρχῶν, οὐδὲ οἰκιζόντων ὑμεῖς, οὐχ' υποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμονίων· αὐτὸν εἰ αἴσθηται εἰξογίσαι τις ὑμῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ Αβραὰμ, καὶ Θεοῦ Ισαὰκ, καὶ Θεοῦ Ιακώβ ιστός υποταγήσεται. IRENAEVS lib. II, c. 5, Altiss.

mi et omnipotentis appellationi omnia subiecta sunt, et huius invocatione etiam ante aduentum Domini nostri saluabantur homines a spiritibus nequissimis et a daemoniis uniuersis. TERTULLIANVS aduersus Marcionem. Si ego, inquit, in Beelzebule eiicio daemonia, filii uestri in quo eiiciunt? Hac voce quid magis protendit, quam in eo eiicere se, in quo et filii eorum. In virtute scilicet Creatoris. -- A daemoniis ad morbos quoque mos transit. Marcellus Empiricus in Corci dolore, In nomine DEI Iacob, in nomine DEI Sabaoth. Vide et Nicephorum in Synesii librum de somniis. Eiusmodi ergo exorcismi enentum saepe suum habuerunt, non quod uis illa in syllabarum pronunciatione esset sita, sed quod uerus DEVS illis potissimum nominibus nosci appellari que uellet, atque ideo uim suam tum demum exsereret, cum apertissima locutione constaret, ipsum, non aliquem gentilium deorum, esse invocatum. Est autem secundum hoc Christi argumentum tale. In pari causa par iudicium fieri oportet, creditis nos, discipulos uestros daemonia eiicere uia diuina, cur de me idem non creditis. Si illi gloriam operis ad DEVUM uestrum referunt, idem ego facio. Conf. de Iudeorum Exorcistis plura apud BARONIVM in Annal. Tom. I, p. 428, seqq. Quemadmodum uero haec a GROTIО bene sapienterque de Exorcistis sunt dicta, si hoc exceperis, quod statuit falso, ac si in nomine Iesu, tum temporis, nemo, praeter eos, qui Iesum testabantur, daemones eiicisset, obstat enim locus, Luc. IX, 49, Respondens autem Iohannes dixit, Magister, uidimus quandam, in nomine tuo eiicientem daemonia, et prohibuimus eum, quia te non sequitur nobiscum. Ita, Iesum ad Exorcistas, h. l. non tantum, qui in nomine DEI, sed et, qui in nomine Iesu, Mat. IX, 38, Luc. IX, 49, eiiciebant daemones, respexisse, uero simile est. Dicuntur autem illi Phariseorum filii, quia ex ipsisorum disciplina erant egressi, sive ut, BASILIUS M. notante BRVSIО, ait, τέκνον ἐξ πνευματινού τοῦ διδασκάλου ὁ μαθητής. Hinc filii Prophetarum. In tract. Sanhedrin c. XI. Omnis, qui docet filium socii sui legem, id pro eo habet Scriptura, ac si gigneret eum. Quamvis itaque haec interpretatione sit manifesta, tamen, cum sint inter veteres plerique, et inter recentiores haut pauci, qui uocem filii, respectu ad Seniorum et Superiorum in populo Israëlitico, habito, accipiunt, quorum ratione omnes, qui Seniorum uel Superiorum non erant, dicebantur filii, nemini refragabimur, qui utramque coniungere uelit interpretationem, et simul discipulos Christi intelligere, nec obstabit, licet obiciatur, α) discipulos Domini non Phariseorum Seniorumque, sed Christi, fuisse filios, respondetur enim, uerum hoc esse respectu doctrinae, non uero respectu carnis et superioritatis, β) donum Spiritus S. tum temporis nondum in Apostolos fuisse collatum, et respondetur, hac exceptione nihil effici, quamuis enim dono illo Spiritus

ritus S. solenni nondum discipuli gaudenter, gaudebant tamen potestate, quam Dominus ipsis in diabulos concesserat, *Matth. X, 8, Luc. IX, 1, X, 1, 9, 17*, cuius ui diabulos actu eliciebant, *Luc. X, 17, γ)* discipulos Domini simul accusatos fuisse magiae, siue pasti cum Beelzebul, et respondetur, de eo momento, tum temporis discipulis obiecto, nihil legi in sacris, neque absolute sequi.

Ei δὲ τοῦ — Θεοῦ. Si autem, non per diabolum, ut uos criminamini, sed alio modo, per DEI uidelicet digitum, quo tertium argumentum a contrario repetit Dominus, concludens, si per DEI digitum, ut ex antecedentibus sequitur, daemonia eiicio, id non sit per Beelzebul. Atqui, Ergo, quem ipsi Exorcistae vestri agnoscent ac testantur, et aliquando magi Aegyptiaci in *Mose* agnouerunt, *Exod. IX, 19,* (Ad hanc enim historiam Dominum alludere, nonnullis interpretibus est usum, eorumque alii cum b. BACKIO, l. c. P. II, p. 88, afferunt, Iesum uoluisse Iudeorum coecitatem, Aegyptiorum incantatorum coecitate maiorem, innuere, et quasi dicere, coeciores uos estis magis illis Aegyptiis, qui in productione pediculorum agnoscebant digitum DEI, quem uos in electione diabolorum agnoscere non vultis, alii uero cum GROTI haec inferunt, scribente, *Alludit ad Exodi historiam c. IX, 19.* Sicut tunc digitus DEI, in *Mose* operans, signum erat populi liberandi ex Aegypto, ita nunc digitus DEI per Christum efficiat signum liberationis nostrae a peccato, quod est regnum DEI.) eiicio ui, sponte enim non egrediuntur, daemonia, uique cognoscere possetis, si modo uelleatis, quia in operibus Messiae hanc liberationem a captiuitate spirituali dudum numerauit *Iesaias, c. LXI, 1*, quod iam iam uenit ad uos a maioribus expectatum, *Pf. XIV, 7, Ies. LXIV, 1*, et uobismet ipsis speratum haec tenus, regnum DEI, a Messia in his terris instaurandum, ut per Prophetas suos promisit, *1 Chron. XIII, 14, Ies. IX, 7, LIX, 19, 20, Ier. XXIII, 5, 6, Ez. XXXIV, 16, 23, 24, Dan. VII, 14, 27, Mich. IV, 7, V, 2, Zach. IX, 9*, quo diaboli opera non amplificanda, sed destruenda sunt, *Hos. XIII, 14, 1 Io. III, 8, Hebr. II, 14*, gratia contra DEI omnibus ac singulis offerenda, *Pf. CXVII, 1, 2, Ies. XXV, 6, 7, XLIX, 6, Hag. II, 8*, unde et regnum gratiae audit, de quo uid. ad u. s. Euang. Domin. Aduent. I, item regnum Filii DEI, *Col. I, 13*. Sed antequam hic digrediamur, quid per digitum DEI indigitetur, expendendum restat. Veteres S. Matthaeum, qui c. XII, 28, dictiōnem S. Lucae, εὐ δακτύλῳ τοῦ Θεοῦ reddidit, εὐ πνέματι Θεοῦ, utpote optimum interpretēm, securi, Spiritum S. intelligunt recte, insimulque, ne quis in deuia, hac phraſi ſinistra accepta, aberret, et uel in *Anthropomorphitarum*, uel in *Arianorum*, *Photinianorum*, *Socinianorum*, errorem incidat, bene explicarunt, quorum e numero duos saltē adducamus, alterum ATHANASIVM *Orat. 2*, contra *Arianos*, ſcribentem, *Quid mirum, aut quid incredibile, si Dominus, qui Spirī-*

Spiritum dat ipse, dicitur Spiritu inungi, qui, ubi necessitas requirebat, non recusauit, ratione humanitatis, se ipsum etiam inferiorem Spiritu pronunciare, quippe, Iudeis dicentibus, In Beelzebub eum eiicere daemonia, respondit illis, postquam eos conuicisset, falsa et impia dicere, si ego per Spiritum DEI eiicio daemonia. Ecce tibi Spiritus datorem, in Spiritu se afferentem eiicere daemonia, quae uerba nihil aliud sibi uolunt, nisi ratione carnis id dictum fuisse, eo quod non idonea sat, neque efficax erat humana natura, ut per se daemonia sine praesidio Spiritus eiiceret, ideo ueluti homo hoc uerbum prolocutus est. Si ego in Spiritu eiicio daemonia. Haec quidem Iudeis locutus est Dominus, discipulis contra diuinitatem et majestatem suam exhibens, non iam minorem se Spiritu, sed parem ostendit. Dabat enim Spiritum ac dicebat. Ego illum mitto, et ille glorificabit me. Quemadmodum igitur hic ipse Dominus, munerator Spiritus, non grauatur dicere, se in Spiritu S. eiicere daemonia, ut homo, ita quoque ad eundem modum non grauatur idem ille Spiritus S. largitor de se praedicare. Spiritus S. super me, quoniam uox mea, idque respectu carnis, quam induerat, ut utrumque in nobis ostenderet, et nos esse, qui in sanctificando gratia Spiritus S. indigemus, et qui impotentes essemus ad eiicienda daemonia absque uiribus Spiritus S. Alterum AMBROSIVM de Spiritu S. lib. 3, c. 6, dicentem, Tantam majestatem Spiritus S. accepimus, ut tanquam digitus a corpore, ita a DEO Patre inseparabilis uideatur Spiritus S. Quod se quis ad diminutionem, non ad unitatem, potestatis putat esse referendum, is profecto in eam amentiam cadit, ut tanquam in unam uelut corporis formam Patrem et Filium, et Spiritum S. uideatur tres fingere, et tanquam distinctiones quasdam figurare membrorum. Sed accipiat, non inaequalitatem, sed unitatem potestatis hac testificatione signare, quandoquidem, quae opera DEI sunt, eadem sunt opera manuum, eadem etiam legitimus opera esse digitorum. Scriptum est enim, (Ps. XIX, 2.) Coeli enarrant gloriam DEI, opera manuum eius annunciat firmamentum, et alibi, (Ps. CII, 26) Initio terram tu fundasti Domine, et opera manuum tuarum sunt coeli. Eadem igitur sunt opera manuum, quae sunt opera DEI. Non ergo aliqua, pro membrorum corporalium qualitate, discrecio operationis, sed unitas potestatis est. Quae autem sunt opera manuum, eadem opera digitorum, quia aequum scriptum est. (Ps. IIIX, 4.) Quoniam uidebo celos tuos opera digitorum tuorum. Quid igitur hic digitus minus quam manus fecisse produmur, cum idem fecerint digitus, quod manus? Ab his TERTULLIANVS quidem uerbis, sed tamen non re ipsa, discessit, cum Digitum DEI interpreteretur, in genere, per uirtutem DEI, contra Marcionem lib. IV, c. 6, scribens, Apud Pharaonem uenefici adhibiti aduersus Mosen, uirtutem Creatoris digitum

DEI appellauerunt. *Digitus DEI est hoc, quod significaret etiam modicum, nulidissimum tamen. Hoc et Christus ostendens, commemorator, non oblitteratur, uetus statum scilicet suarum, uirtutem DEI digitum DEI dixit, non alterius intelligendum, quam eius, apud quem hoc erat appellatum. Ergo et regnum ipsius appropinquauerat, cuius et uirtus digitus vocabatur.*

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I** Noli offendere, quando mundus, qui suos tantum amat, *Io. XV, 19, XVII, 14, 16*, in te id uituperat, quod in aliis laudat. In memoriam reuoces Saluatorem tuum, cuius es discipulus, quod idem plus simplici uice sit perperclus. Noli ergo melioris sortis esse tuo Doctore, tuoque Capite, *Matth. X, 24, 25, Io. XV, 18, 20, Eph. V, 23, 30*, sed gaude, quod cum ipso patiaris, eiusque sequere exemplum, *1 Petr. II, 21, seqq. IV, 3, seqq.*
- II** Diicteria non diicteris, calumnias non calumniis, repelle, sed argumentis, et ueritate concessa, hostes tuos iniuriarum conuince, reliqua DEO committens, et uerus eris Philosophus, in schola Christi institutus, *Proo. XXVI, 4, 5, Io. IX, 48, 49, XIIIX, 19, seqq. Rom. XII, 21, Conf. ad uers. antec. Προσοικ. II, 4, 5*.
- III** Attendite iniusti homines, quod ipsi aliquando uesta facta filii uestris sint improbaturi, *1 Sam. XIIIX, 4, 5*. Hem quantum dedecus! Attendite seniores, quod ipsi facinora uestra iuniores sint condemnaturi, *Histor. Susan. II, 45, seqq.* Hem quanta ignominia!
- IV** Non diabolus diabolum expellit, uid. ad *u. 18 Εξηγ.* non humanae uires eum expellunt, *Eph. VI, 12, seqq.* sed sola DEI uirtus eum deuincit et prosternit, *Pf. CIII, 19, CXIIX, 15, Act. X, 38*, qua et nos accincti, scil. DEI uerbo et fide, eum fugamus, *Eph. VI, 13, 16, 17, 18, 1 Petr. V, 8, 1 Io. II, 14, IV, 4, 5*, ne corda occupet nostra, *Iac. IV, 7, coll. 1 Petr. V, 8*.
- V** Adueniente regno DEI, cedit regnum diaboli, *Matth. IIX, 29, illucescente Luce et exoriente Sole iustitiae, dispelluntur tenebrae, earumque Princeps elicetur aequa, ac regnum eius euertitur, Mal. IV, 2, Io. IIX, 12, XII, 31, 46, Eph. VI, 12, 1 Io. III, 8*. Christus enim et Belial non consentiunt, Lux et tenebrae simul esse non possunt, *Matth. VI, 24, 2 Cor. VI, 14, 15*.
- VI** Quam multi ore orant, adueniat regnum tuum, *Matth. VI, 10*, quorum tamen cor ab eo procul abest, *Matth. XV, 8*, nec oculis spiritus id uideare uolunt, *Matth. XIII, 14, 15, Io. 1, 5, 2 Cor. IV, 4*. O si homines ex nebris ad Lucem accederent, quae exorta omnes illuminat homines, *Matth. IV, 16, Luc. I, 78, 79, Io. I, 9, XII, 46, Col. I, 13*, nec, DEO resistentes, sibi ipsis obessent, *Matth. XXIII, 37, Act. VII, 51, XIII, 46*.

VER.

VERSUS 21 — 23

21 Οραν ὁ ἰησοῦς καθιστλιομένος φυ-
λάσση τὴν εἰατου ἀνδρῶν; ἐν ἐπήρηγ ἐσὶ¹
22 τὰ ὑπάρχοντα ἀντοῦ. Επαν δὲ ὁ ἰησοῦς
εἵτερος ἀντοῦ ἐπελθὼν μικρὸν ἀντοῦ,
τὴν ψωνοπλίαν ἀντοῦ ἀφέει, εἴφη δὲ ἐπε-
πόθει, καὶ τὰ σπύλλα ἀντοῦ διαδίδωσιν.
23 Ο μὴ ὧν μετ' ἔμοι κατ' ἔμοι ἐσικεῖ
ὁ μὴ συνάγων μετ' ἔμοι, σκορπίζει.

Ε Σ Η Γ Η Σ Ι Σ

Οραν ὁ ἰησοῦς — ἀντοῦ. Quando itaque, expendaris uelim hoc simile, et
quā estis erga me iniquitate, intelligetis facile, (Est hoc quartum argu-
mentum, a simili rei militaris quidem desumum, sed a Iesaiā, c. XLIX,
24, 25, dudum in hanc rem adhibito, cum de Messia, genus humanum a
captiuitate diaboli, qui est בָּנֵי בָּאָדָם ille, liberante, scripsit, Num su-
metur a forti captura? aut num captiuitas iusto possessori, eripietur? Sic di-
cīt Iehoua, etiam captiuitas forti auferetur, et captura uiolento eripietur, si
quidem cum litigatore tuo ego litigabo, et filios tuos saluabo. Est igitur uis
argumenti, si satana sum fortior, si eius destruo regnum, sequitur, me non per
Beelzebul eiicere daemonia, nec indigere auxilio eius, sed propria uirtute hoc
facere, uos autem agnoscere debere, me esse Messiam.) fortis armatus,
qualis est satanas, Eph VI, 11, 12, 16. Apoc. XII, 7, custodit, data opera, suum
atrium, quod circa palatium est, nemo palatium spoliare poterit, sed omnia
in pace, i. e. in tuto, et salu, sunt existentia, i. e. facultates, ciuius, sive iuste, si-
ue iniuste, partae. Persuadeatis igitur uobis, satanam esse tamē fortē, o-
mni nequitiae, astutiae, audacie, uitorumque genere armatum, (Haec enim
sunt arma, quibus homines adorantur, plerosque subigit, et in quibus fortu-
tudo eius.) qui, quod in potestate sua habet, custodit, pro eoque acriter
pugnat, Dan. X, 13, si quis ipsum loco deiicere nelleret, et spoliare palatium,
per quod intelligitur mundus, in maligno positus, i. Io. V, 19, cuius ipse
princeps appellatur, Io. XII, 31, XIV, 30, et consequenter omnes facultates,
quas in mundo possideret, i. e. animas, quas captiuitas teneret, in tuto sunt, nec
ipsi eripi possunt, nisi, qui fortior eo sit, eum aggrediatur. Hoc cum
euenerit, tunc in fugam uertitur, et opprimitur, sive ut Domini sunt uerba.

Ἐπαν δὲ . . . διαδίδωσι. Cum uero eo, diabolo, fortior, quem me
uideris esse, de quo legitur Gen. III, 15, ac Iesaiā, cap. XLIX, 24, 25, est uati-
cinatus, superueniens, eumque aggressus, uicerit eum, sicut itidem uidi-

stis, eieci enim DEI digito daemonium, eoque uicto, armaturam eius, i. e. nequitiam, dolos, *Eph. VI*, ii, incredulitatis operationem, *2 Cor. IV*, 4, carnis concupiscentias, *Gal. V*, 16, seqq. *i Io. II*, 15, 16, et quae id genus peccati, mortis stimuli, *i Cor. XV*, 55, 56, sunt alia, quibus suos tener captiuos, contra sanctos autem decertare solet, ut iisdem circumueniat, *anserit*, *Hebr. II*, 14, *in qua confusus est*. Sine his enim nihil ualer diabolus, sine his est impotens. Haec uero ut, una cum regno eius, destrueret Dominus, uenit in mundum, *i Io. III*, 8, et morte sua deuicit eum, qui mortis habebat potestatem, *Hebr. II*, 14, principatusque eius ac potestates exuit, triumphans, *i Cor. XV*, 55, seqq. *Col. II*, 14, 15, et uasa eius spoliata, (De qua uocis σκύλα notionis in dubium uocata uid. *Vindic.* Nou. Test. ab Ebraism. p. 84, seqq.) i. e. homines, quae in potestate erant satanae, eiusque mancipia, nunc uero ipsi erecta, *Rom. VI*, 16, 17, *Hebr. II*, 15, distribuit Apostolis, ipsorumque successoribus, ut uoce Euangeli ad regnum Christi congregarent eos, qui satanae seruiuerant, ipsisque annunciant, dominum, cuius fuissent mancipia, esse deuictum et ligatum, *Matth. XII*, 29, *XXIIX*, 19, *Marc. XVI*, 15, 16. *Rom. X*, 15, 18, *i Cor. XV*, 55, seqq. *Col. I*, 13, *II*, 15, *Iud. u. 6*, pacem uero cum DEO generi humano restitutam, *Luc. II*, 10, n. 14, *Rom. V*, 1, *2 Cor. V*, 18, seqq. *Eph. II*, 12, seqq. *Col. I*, 12, seqq. At dices, si satanas est uictus, si satanas est ligatus, cur tantam etiam nunc in homines habet potestatem, cur sicut leo rugiens circumuit, et responderetur, satanam in te nullam habere potestatem, quam Dominus abstulit, *Col. II*, 14, 15, *Hebr. II*, 15, adeoque qua eam ligatus est, nisi tu ipse eam ipsi in te dederas, et sponte a DEO transfiga factus ipsis castra secutus fueris. Quod, si enim in te irruerit, ei facile armis, quibus es instrutus, resistere ac fugare poteris, *Eph. VI*, 10, seqq. *Iac. IV*, 7. Quam in rem recte scripsit **CHRYSTOMVS** Hom. 29, in *Matth. XII*, Propterea ipsum quidem ligauit, uasa autem eius et diripiuit, et dimisit in domo eius. Diripiuit quidem ex eo, quod traxit ea ad notitiam ueritatis, dimisit autem ea in mundo, quia sub seductione mundi istius nos esse uoluit, tanquam si ita diceret ad diabolum. Ecce alligo te, ut appareant homines, qui secuti fuerint te sua uoluntate, et qui coacte. Qui enim te diligunt, etiam ligatum te non dimittent, qui autem te dereliquerint ligatum, manifestum est, quia non sua uoluntate fuerunt apud te, sed coacte. Ergo non interficio te, neque ex mundo expello, sed alligo te, ne uolentibus uiolentiam facias. Ergo manifestum est, quod, qui modo diabolum sequitur, non cogitur a diabolo, ligatus est enim, sed ipse diligit diabolum. Si enim solitus esset diabolus, nullus homo ei resistere posset, aut pauci, sicut nec antea resisterunt, nisi pauci electi. Num autem, cum uideas quosdam homines

mines sequentes eum, quosdam autem recedentes ab eo, intelligere debes, quod non est iūtus cogenitus diaboli, sed uoluntas sequentium hominum. Si autem dicas, fortis est diabolus, et non praeualeo contra eum, stat aduersum te scriptura haec, et dicit, quod mentiris, quoniam ligatus est aduersarius tuus. Ligatus est enim. Malum quidem consilium suadere potest, cogere autem non potest. Atque eo sensu tibi, si aures ipsius suggestionibus praebueris, nocere potest hostis ligatus, eoque sensu Domini uoluntati machinationibus suis aduersatur, neque ab eius stat parte, neque cum ipso colligit, prout Salvator ipse loquitur et concludit in uerbis,

O μὴ ὦ μετ' ἐμοῦ -- σποεπίθει. Qui non mecum est, (Id quod quintum est argumentum a pugnantium studio et contrarietate desumptum.) i. e. qui meam doctrinam non suscipit, nec una mecum utitur uoce, qui me non sequitur coram, nec nomen meum glorificare studet, qui denique plus semetipsum amat, quam me, is est contra me. Atqui diabolus non est mecum, nam 1) meam doctrinam non suscipit, sed eam fraudulenter mendiantibus filiis suis et instrumentis, quo et uos referendi, Io. IX, 44, Act. IV, 17, seqq., V, 28, seqq. 2) Cor. XI, 14, 15, supprimere conatur, mecum non una utitur uoce, sed prorsus contraria Apoc. XIII, 4, seqq. 2) me non sequitur, sed me meamque doctrinam persequitur clam et palam Io. V, 16, seqq. VII, 16, seqq. VIII, 47, seqq. XI, 57, idque tamdiu faciet, donec calcaneum meum laeserit, ego uero caput eius contruiro, Gen. III, 15, Io. XIV, 30, XIX, 6, 3) nomen meum non glorificat, sed blasphemat, et de terra delere annitiontur, Ies. LIII, 8, Io. II, 48, XIIIX, 30, Act. IV, 17, 18, V, 28, 4) neque me amat, sed odio prosequitur in membris suis, Io. VII, 7, XV, 2f. Ergo diabolus est contra me. Quomodo igitur eius, qui est eiuratus meus hostis, et cuius euertam regnum, ope et auxilio eicerem diabulos. Porro argumen- tor, qui non congregat mecum oues ad unum ouile, (Id quod meum, qui Messias sum, est officium, Ies. XL, 11, Ez. XXXIV, 11, 12, 16, Io. X, 16, XI, 52.) ille dispersit eas, quo minus unus fiat grex, unus pastor. Atqui Satanás, lupus ille infernalis, cum suis non mecum colligit. Ergo dispergit, (Id quod lupi huius est proprium, Io. X, 12.) et consequenter multum abest, ut in eiiciendis daemonibus eius utar auxilio, uel ille mecum consentiat. Quae enim communicatio iustitiae et iniquitati, quae communio luci cum tenebris, qui consensus Christo et Belial? 2Cor. VI, 14, 15. Quomodo ergo, ut recte scribit THEOPHYLACTVS ad Matth. XII, 30, Beelzebul mihi cooperatus est, qui contrarium mihi operatur? Ego quidem ueritatem doceo, ille autem malitiam, quomodo igitur est mecum? Et ego quidem congregate homines ad salutem, ille autem dispergit. Notat autem Phariseos, quod, se do-

cente et multis prodeesse cupiente, ipsi satanae ministri dispergerent populum ita, ne accederent ad se. Unde ostendit, eos reuera daemonis esse plenos. Io. IIX, 44; 2 Cor. IV, 4; 1 Io. III, 10. Deinde obseruerur, Dominum in his verbis et neutralitatem, si uenia uerbo, dedocere. Nam, ut duae sunt viae, quibus incedendum est homini, Matth. VII, 13, 14, et duo sunt Domini, quorum alteri est adhaerendum, Matth. VI, 24, scilicet, aut Patri lucis et DEO coeli atque terrae, Io. IIX, 12, Act. XVII, 24; Iac. I, 17, aut principi tenebrarum, et deo huius mundi, 2 Cor. IV, 4; Eph. VI, 12; ita, qui neutrius esse uolunt, eo ipsis sunt diaboli, non Christi, Matth. VI, 24, X, 37, Apoc. IH, 15, 16. Neutralitas enim in regno DEI locum non habet. In quam sententiam dudum scripsit bene sapienterque b. CHEMNITIUS, Harm. c. 59, p. m. 609, inquiens, Neutralium etiam facta est mentio, admodum apposite hoc argumentum illis accommodari potest. Etenim omnibus temporibus inueniuntur, et adhuc hodie inueniuntur, non tantum ἐπαρφοτερότες, qui in religionis negotio cum Israelitis 3 Reg. XIII, 21, claudicant in utramque latus, sed et, qui neutri parti se adiungere uolunt. Imo mundus hoc singularis prudentiae et circumspectionis esse statuit, qua neutrani partem quis offendat, sed utriusque benevolentia frui possit, usque dum uel inter se concilientur, uel una alteram uincat, ubi postea potentiori parti absque periculo se adiungere ausit. Contra hos Christus hanc suam sententiam pronunciat, dicens, Quis non est mecum, contra me est. Constituit duos principaliores Dominos, se et satanam studiis extreme contrarios, et sub his dispescit totum genus humanum in duas partes, quarum una sit cum Christo, hoc est, ipsum unicum generis humani Servuato rem agnoscet, uera fide doctrinam eius amplectatur, ex miraculis fidem confirmat, ipsaque uni et soli ingenua confessione seruiat, altera autem sit contra Christum, quae illum negligat, ipsum nec agnoscet, nec colat. Vult ergo turbis illis in suspenso haerentibus dicere. Quid claudicatis inter me et Phariseos in utramque partem? Si statuitis, scribarum calumnias ueritati esse innixas, aperte in ipsorum partes transtie. Sin iudicatis, me dinina uirtute haec miracula edere, circa tergiversationem nos mibi adiungite. Vobis enim diserte edico, qui conamini utriusque parti benevolentiam aucipari, nos nibil proficere. Ego enim tales non minus pro meis hostibus habeo, quam si aperte mihi contradicent. Et ne hanc grauem commonitionem fioccipenderent atque aspernauerentur, admonet eos de periculo, Qui non mecum congregat, dispergit. -- Docet ergo Christus grauissimo et severissimo hoc dicto, in negotio religionis a DEO reiici illos, qui exortis de doctrinae capitibus controversis, neutri parti se adiungere uolunt. Ut enim in politicis pro hoste habetur is, qui obseruentem urbem moenibus non excludit, quando potest. Ita Christo plane est contrarius, qui cum aperto eius hoste colludit.

Tan-

Tantum enim duo sunt spiritualia regna in mundo, unum Christi, alterum diaboli. Qui ergo non aperte est in regno Christi, ab ipso pro hoste habetur. Eiusdem fuit sententiae Augustinus, ideoque duas urbes constituit, unam ciuitatem DEI, Hierusalem, alteram ciuitatem diaboli, Babylonem. Qui uoluerint intermedii esse, in diaboli casses incidentur. Si quis tamen scire cupiat, cuiusnam urbis eius sit, breuem ponit sententiam, ex qua quis id nosse possit. Illam, inquit, aedificat amor DEI, pertingens usque ad contemptum sui, hanc aedificauit amor sui pertingens usque ad contemptum DEI. Notemus ergo hanc doctrinam contra eos, qui ex nimia sapientia carnis interdum medium querunt in negotio religionis. Horum hypocritas, et quod non sint sincera Ecclesiae membra, sere tandem erumpit in apertum. Eos uitemus. Nam, si Solon olim bonum ciuem negauit eum esse, qui orta seditione Neutralis esset, nec meliorem partem adiuuaret, cur non etiam Christus odisset illos tepidos, Apoc. III, 16. Habemus etiam hic, quod respondeamus illis, qui nimium mites de eo disputant. Annon etiam honestiores inter gentes, qui singularibus uirtutibus uitam suam exornarunt, saluari possint? Christus certe dicit. Qui non est mecum, contra me est.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Nemo sibi persuadeat, ac si satanas sit spiritus impotens, et uiribus armisque humanis deuinci possit, Eph. VI, 12. Est certe fortissimus ille leo rugiens, 1 Petr. V, 8, est draco et serpens uetus, Apoc. XII, 9, 17, est lupus, Io. X, 12, est κορυφαέως, Eph. VI, 12, et princeps huius mundi ac malorum Angelorum, Io. XIV, 30, Apoc. XIII, 7, cetera, quem nemo, nisi leo ex tribu Iudee, Apoc. V, 5, serpentis caput conterens, Gen. III, 15, agnus DEI, Apoc. XVII, 14, Michael, Filius DEI, Dominus ille Zebaoth, et Dominus dominorum, Ps. XXIV, 10, 1 Io. III, 8, Apoc. XII, 7, seqq. XVII, 14, superare potest. In hoc ergo uince.

II Qui sua custodit, ab importunitatibus quidem, et ad tempus, tutus est, sed non a potentioribus, non ab igne, non a furibus, non a satana, Job. I, 15, seqq. III, 26, Matth. VI, 20, Luc. XXII, 31, 1 Petr. V, 8. Quare, si vere tutus, tum quoad res humanas, tum quoad spirituales, esse uelis, sub DEI te tutamine tuaque absconde, Ps. XCII per integrum, CXXV, 1. Hic enim solus est אלהי שׁם. Gen. XVII, 1, et eustos Israelis, Ps. CXXI, 4, 5, Job. I, 10, coram quo omnes contremiscunt creaturae, Ps. LXXVII, 17, XCIV, 4, 5, CIV, 7, Matth. IX, 29, Iac. II, 19.

III Satanas quidem est spiritus potentissimus iuxta πρωτοι. I, cui caro resistere non potest, sed Christi respectu est impotens. Is enim est, qui eius caput

caput contrivit, *Gen. III, 15*, eius principatus exuit, armaturam abstulit, eius potentes in triumphum egit, *i Cor. XV, 55, seqq.* *Col. II, 15*, eius regnum euerit, *i Io. III, 8*. Christi igitur in castris si militaueris, satanae potentiam ne metuas, est enim ab illo uictus, nec tibi nocere potest, *i Cor. XV, 57, i Petr. III, 13*, qui eius potestate es liberatus, *Col I, 13, Hebr. II, 15*, ipsumque ipse in Christo uincis, *i Io. II, 13, IV, 4, Apoc. XII, 11*.

IV Nemo uiribus suis confidat, quilibet enim se superiorem habet, a quo superari potest. Nemo de fortitudine sua gloriatur, *Ier. IX, 23*, est enim caduca et nihil, *Pf. XXXIX, 6, CIII, 14, 15, 16*, sed qui gloriaturus est, gloriatur, quod Dominum norit, *Ier. IX, 24*, et in Domino fortis sit, *Exod. XV, 2, Pf. XIIIX, 2, 3, 18, 36, 40, XXIIIX, 7, Ier. IX, 24, Eph. VI, 10, i Tim. I, 12*.

V Aut calidus, aut frigidus, esse, *Apoc. III, 15*, aut D E O, aut satanae, seruire, *Matth. VI, 24*, aut Christo, aut Belial, addicetus esse, debes, *2 Cor. VI, 15*. Neutrius esse non ualeat, sed idem est, ac si ab aduersa parte stares, *Matth. XII, 30, Apoc. III, 16, Rom. X, 10, 2 Cor. VI, 15*. Noli igitur errorem errare, unumquemque in sua religione saluum fieri posse. Est enim una fides saltem, quae saluos facit, *Aet. IV, 12, Eph. IV, 5*.

VI Si Christi esse uolueris membrum, eum eiusque doctrinam intrepide confitearis, *Matth. X, 32, Rom. X, 10*, eius regnum amplifices, satanae contra regnum inimicuas et odio habeas. Hoc si feceris, uerus eius es discipulus, si contra, inimicus. *Matth. X, 32, 33*.

V E R S V S 24 — 26

24 Οταν τὸ ἀκαθάρτον πνέυμα εἰξέλθῃ απὸ τοῦ αὐθεόπου, διέρχεται διὰ αὐδίσσων τόπων, γῆτῶν ἀνάπονων, καὶ μὴ ἐύροις λέγει Τπορέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὥστε εἰξέλθων. Καὶ εἰλθὼν εὐρίσκει σταχυμένους καὶ πεκοσμημένους. Τότε πορένεται, καὶ παραλαμβάνει ἐπὶ τὰ ἔτερα πνέυματα, πονηρότερα ἔστους, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὸ ἔρχοντα τοῦ αἰνθρώπου ἐκείνου Κέιρονα τῶν πρώτων.

Cum immundus spiritus exierit ab homine, pertransit per inaquosa loca, quaerens requiem, et non inueniens dicit. Reuertar in dominum meam, unde exiui. Et ueniens inueniens scopis uersam et ornatam. Tunc uadit, et assūnit septem alios spiritus, peiores se ipso, et ingressi habitant ibi, et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Ε Ξ Η Γ Η Σ Ι Σ

Οταν τὸ — εἰξέλθων. Cum igitur impurus spiritus, de quo supra, ad n. 15, diximus, ui et uirtute diuina electus, exierit de homine, quem obfessum tenuerat, ne secure uiuat, sibi caueat homo liberatus, quia sic satanae occasionem redeundi offer-

offerret. Hic enim proscriptus et ira incensus, exulis instar, qui in terram aridam et desertam est relegatus, *transit*, *ανθεωποταθως*, per inaquosa loca, i. e. arida, deserta, et inculta, qualia daemonis post Scripturam S. et Iudei assignare solebant, ex quorum hic hypothesi loqui uidetur Dominus. Conf. Ies. XIII, 21, XXXIV, 14, Apoc. XLIX, 2. Vnde et b. LVTHERV^s uerba Saluatoris accepit proprie de locis desertis et incultis, inter ueteres uero plerique loca illa inaquosa explicarunt improprie, alio tamen atque alio modo. Nam α) GREGORIVS NAZIANZ, BEDA, aliique intelligunt *corda* fidelium disciplinae rigore ab omni carnali concupiscentia siccata, et a molitie flexae cogitationis expurgata adeo, ut hic satanas sedem figere non possit, β) CHRYSOSTOMVS, AMBROSIUS, HIERONYMVS, et qui sunt reliqui, gentes, pluuiu Euangelii et Baptismatis lauacro nondum humectatas, indicari uolunt. Quibus iungimus γ) b. RVSSIVM, qui homines malos quoscunque, aridos, et solamine diuino uacuos intelligit, in quibus requiem satanas quaerat, sed non inueniat, quia nuspiciam, ira aduersus DEVVM et homines agitatus, requiem habet, quia semper lucrari plures, DEO suos eripere, ereprosque sibi recuperare, cogitat, et δ) b. OLEARIVM in Obs. S. ad Matth. Obs. XLIX, qui, *tristissima omnisque solaminis expertia abyssi loca indigitari*, arbitratus est. Quemadmodum uero, has sententias, aedificationis ergo, in tantum admitti posse, iudicamus, in quantum verbo diuino et scopo Domini non sunt contrariae, ita nos, a b. LVTHERI, tum ueterum, tum recentiorum partibus standum esse, existimamus, non obstante eorum hypothesi, qua credunt, *haec uerba esse parabolica, et a re nunquam facta, sed ficta, docenti gratia de prompta.* Nam ut supra euictum iam iam dedimus, ipsam Scripturam S. daemonis loca assignare deserta, ita nihil forte obstar, quo minus et nostra uerba sensu accipiamus eodem, cum nihil hic recenseatur, quod non interdum usu possit evenire, prout dudum recte monuit FRANCISCVS GOMARVS, p. 66, Tom. I Opp. Haec igitur loca deserta et inaquosa cum transeat spiritus impurus, *quaerens requiem*, h. e. per metonymiam, domicilium, ubi requiescat, et tenebrarum opera operetur, et non innueniens eam in istiusmodi locis desertis, quia requies eius est nocere hominibus, eosque mancipia facere peccati, contra uero discriuiciatur, quando extra eos habitare tenetur, nec eos infestare potest, tunc, habita secum consultatione, dicit.

τποζέψω -- υεκοσμημένον. Reuertar in domum meam, i. e. in hominem, unde egressus sum, en daemonis superbiam, non dicit, unde fugatus sum, sed unde egressus, quasi sponte, et per ignauiam sedes amisiſſet pristinas. Re-

uerter ergo, inquit, et pro virili studebo, ut istas de integro recuperare, ibique domicilium meum figere, possim. Hac igitur spe lastatus uenit drepente ad eam, quam olim inhabitauerat, domum, et inuenit, prout in uotis habuit, scopis incredulitatis uersam, adeoque Spiritus S. fide, fideique operibus, ac donis uacuum et χολαργυτα, ut s. MATTHAEVS, cap. XII, 44, hanc uocem addidit, otiantem in bono ac uirtutum exercitio, contra uero ornatum eo modo, quo ipse satanas delectatur, nimurum impuritatis, uitiorumque quisquiliis repletam, haec enim ipsi sunt ornamentum et oblectatio, quae DEO sunt fordes et abominationes. In quam sententiam bene scripsit laudatus G. MARVS, l. c. p. 67, inquietus, Relata uero huius hominis ingratitudo describitur per allegoriam, similitudine ab iis petita, qui hospites expectant. Ut enim illi conclania sua, si ab aliquo occupentur, uacua reddere et uerrere atque ornare solent, ut apta et grata sint iis aduentantibus, sic, hoc in loco, homo ab obidente daemonio liberatus, uirtutibus uacuus, et peccatis suis ad excipiendum daemonem idoneus et praeparatus proponitur. Nam licet peccata per se sint quasi fordes et foeditates, spiritibus impuris tamen, ob prauitatem eorum, sunt instar nitoris et ornamenti, quo delectantur, quemadmodum lutum et fordes porcis deliciae sunt.

Τέτε πορεύεται -- τὸν πρώτων. Tunc, cum omnia ad sui exceptionem parata, et hospitium amplissimum, inuenierit, quod pluribus quoque inservire possit, uadit ex iusto iudicio DEI in istiusmodi hominem ingratum, et beneficii diuini, quo a satanae potestate liberatus erat, immemorem aequum, ac securum, atque assumit secum sibi socios, ut eorum praesidio suum habitaculum rutet et inexpugnabile reddat, septem alios spiritus impuros, per synecdochem numeri certi pro incerto, i. e. multos, (qualem multitudinem s. MARCVS, c. V, 9, et s. LVCAS, c. IX, 30, referunt,) prout recte obseruavit CHRYSOSTOMVS in Matth. XII, Hom. 30, scribens, Assumit secum alios septem spiritus, nequiores se, dicens septem, aut plures dicit, aut omnes, spiritus uitiorum. Sicut enim ex parte DEI, quamvis plures sint spiritus uirtutum, tamen septem dicuntur, quia ex illis septem omnes spiritus uirtutum procedunt, quos spiritus enumerat Iesaias, (c. XI, 2, conf. Apoc. I, 4.) - Sic ex parte diaboli, quamvis multi sint spiritus uitiorum, tamen septem dicuntur, quoniam ex illis principilibus uitii universa nascuntur, eosque peiores se ipso, tum quoad malitiam et impuritatem habitualem, tum quoad operationes nefandas et calamitosas, quibus hominem adeo fascinant et dementant, ut non amplius videat lumen Euangelij, nec intelligat, quid sibi proficit, Ief. I, 3, 4; Matth. XIII, 14, 15; 2 Cor. IV, 4, et hi spiritus impuri ac nocentissimi, ingressi in hominem improbum habi-

habitantes ibi secure et improhibite. Et, hac ratione, sunt ultima hominis istius peiora prioribus, i.e. status, et conditio, posterior sit priori deterior et miserrabilior, 2 Petr. II, 20, in quem propriis sua culpa ac securitate incidit, eo quod neque uigilauit, neque armaturam DEI indutus insidiis diaboli restitit, Eph. VI, 10, seqq. sed semetipsum in habitaculum eius praeparauit denuo, opera carnis executus, Gal. V, 19-21. Haec igitur ut de iterata obsessione corporali docuit Seruator optimus, eiusque miserrimam propositum conditionem, ita, eadem illum, hac occasione, obsessionem spiritualem simul inculcare, et, quod eius eadem sit ratio, monere uoluisse, discitur, cum, referente S. MATTHAEO, c. XII, 45, adiecerit haec uerba, οὐτως ἔσαι ναὶ τῇ γενεᾷ ταῦτη τῇ πονηρᾷ, idem contingit etiam generationi huic malae, Scribis nimirum et Phariseis, qui mea que facta blasphemant, nec ueritatem, licet de ea conuicti sint, coram agnoscere, sed suppressare, uolant, ut sensus sit. Quemadmodum eorum conditio, qui denuo obsessioni corporali sunt obnoxii, est tristissima deplorataque, ita eandem, nisi maiorem, experiuntur calamitatem Scribae, qui in spiritualem de integro incident obsessionem, ex qua eos liberaueram doctrina foederum et Sacramentorum, cum eam nunc diabolicam faciant, meaque incantatorem criminentur, coque ipso manifestent, sese esse diaboli mancipia, ab ipso obcessos. Vult igitur Dominus, altera ex parte, Scribas et Phariseos ad saniores mentem reuocare, altera vero ex parte admonere, ut unusquisque ab hac spirituali obsessione, omnium tristissima, sibi caueat.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Disce peccator, cuius sis seruus et socius, impuri nimirum spiritus, disce, quis tu sis, impurum illius mancipium, impuritatem exsequens, Io. IIX, 44, 1 Io. III, 8, 10, Rom. VI, 19, 20, Iud. u. 7, 12, 13. Horresee status tui conditio-
nen miserrimam, cuius finis est mors et pernicies aeterna, Rom. VI, 21,
1 Cor. VI, 9, 10, Iud. u. 7, 13, 15, et resipisce, Ier. III, 12, VII, 3, Rom. VI, 12,
Hebr. III, 7, 8, Iac. IV, 8.

II Noli securus esse, sed inuigila, o homo, qui, liberatus a potestate satanae, Hebr. II, 14, 15, templum DEI et Spiritus S. es factus, 1 Cor. III, 16, VI, 19, ut in statu fidei et bonorum operum permaneas, salutem cum metu et tremore opereris, Phil. II, 12, 1 Cor. XVI, 13, Eph. VI, 16, Tit. III, 8, 14, nec eo excidas, 1 Cor. X, 12, Gal. V, 4, ne securus Apoc. III, 17, denuo fias

habitaculum satanae, qui, ut aegre exiit, ita eo hubentius redire ad pristinas sedes paratus est, *Matth. XII, 44, Luc. XXII, 31, 1 Petr. V, 8, Conf. ad u. 1 Euang. Inuocauit Προσοικ. III.*

III Cum satanae requies sit hominum pernicies et inquies, non requiescit ille generis humani aduersarius prius, quam nocuerit homini, et in potestatem suam redegerit, *Job. I, 8, seqq. II, 3, seqq. Luc. XXII, 31, 1 Petr. V, 8. Fugite ergo hunc anguem, Gen. III, 1, seqq. 2 Cor. XI, 3, Apoc. XII, 9, eique resistite, ut fugiat, Matth. IV, 10, Eph. VI, 10, seqq. Iac. IV, 7.*

IV In eo quidem servi satanae similes sunt suo domino, quod, ut hic transit *ἄνθρακα loca, nec requiem inuenit, ita et illi in deserto huius mundi errantes, loca et uitae genera transeant, quae destituta sunt aqua coelesti ac uiuificantem, Io. IV, 14, VII, 37, 38, fontes sibi fodiant, sed ἀνέδρους, Ier. II, 13, requierem querant, sed non inueniunt, Ies. XLIX, 22. In eo vero sunt dissimiles, quod non redeant ad eum, a quo recesserunt, qui unicue ueram dat quietem, uerum dat potum, Ps. XXIII, 2, 3, XXXVI, 9, 10, Io. IV, 14, VII, 38.*

V Ut Spiritui S. anima impura est abominabilis, eamque non ingreditur, *Ies. LIX, 2, seqq. Sap. I, 4, 5, 2 Cor. VI, 14, 15, ita spiritus impurus eam inhabitat, eique est ornamentum, quod in DEI conspectu sordium habet rationem. Mundificate igitur, peccatores, animas uestras, easque sanctificate, Ies. I, 16, seqq. Act. XV, 9, 1 Cor. VI, 11, 1 Io. I, 7, si DEI uolueritis esse habitacula, uos uero, qui nihil cum satana commercii habere uultis, eas contamine nolite, nec templum DEI euertere, 1 Cor. III, 16, 17, VI, 15, seqq. 1 Tim. VI, 11, 12,*

VI Nisi homines ipsi improbo uitae genere animas commacularent suas, eoque ipso satanae praepararent habitationem, is in eas non ingredetur, iuxta προσοικ. antec. O infelissimum creaturarum genus, quod a creatorе suo resilit, *Ies. I, 2, 4, eiusque hosti impuro suam animam tanto pretio redemptam, Ps. XLIX, 8, 9, 1 Cor. VI, 20, 1 Petr. I, 18, 19, tradit, quod tenebras luci, imaginem et praesentiam diaboli imagini et praesentiae DEI, anteponit!*

VII Ex-

VII Expende, o homo, te toties parare satanae habitaculum, quoties pro-aeretice peccas, et unumquodque peccatum esse illius habitaculi ornementum ac satanae invitationem. O si cauerent sibi homines a peccatis!

Rom. VI, 12, 13, 21, Eccles. XXI, 1, seqq.

IX Quo impudentior est satanas, eo firmior esse debes fide, qua ipse uincitur, *1 Petr. V, 8, 1 Io. IV, 4, V, 4*, quo uehementior est ejus aggressio, eo fortior esse debes in Domino, ad resistendum ei, *Ephes. VI, 10, seqq. 1 Io. IV, 4*.

X Est quidem status eorum, qui in potestatem satanae uenere, tristissimus, sed longe est tristior eorum conditio, qui potestate satanae liberati de-nuo in eandem rediguntur, *Matth. XII, 45, XXVII, 5, 2 Petr. II, 21, Hebr. VI, 4, seqq.* Non enim ab uno daemone, sed pluribus, constricti uinculis tenentur captivi, non unius daemonis impuri, sed plurium, sunt mancipia et habitacula, qui impediunt, quo minus ad DEVUM recurrent, *2 Cor. IV, 4, Hebr. VI, 4, seqq.* State igitur, ne relabamini, uigilate, ne circumueniamini, decertate, ne uincamini, seruate, quae habetis, ne spoliemini.

X Tene, quod, ut inter bonos Angelos, *Col. I, 16*, ita et inter malos dentur gradus, et alter alterum impuritate ac malitia superet, *Matth. XII, 45 Col. II, 15*. Deinde time DEVUM, eumque implora, ne tortorum horum potestati te tradat, sed ab hoc malo, si eo affligaris, liberet, *Matth. VI, 13*.

VERVS 27 ET 28

27 Εγένετο δὲ ἐν τῷ λέγεν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάφασά τις γυνὴ Φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπεν αὐτῷ. Μακαρία ἡ ποικιλα, ἡ βασάσασα σε, καὶ μασοι, οὐδὲ θύλασσας. 28 Αὐτὸς δὲ εἶπε· Μενούρη, μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ Φυλάσσοντες αὐτὸν.

Factum autem est, cum haec diceret, attollens quaedam foemina nocem ex turba dixit ei. Beatus uterus, portans te, et ubera, quae suxisti. Ipse autem respondit. Quin imo, beatissimi audientes Verbum DEI, et exequentes ipsum.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Εγένετο δὲ — ἐθύλασας. Factum est autem, praeter omnem spem et expectationem, in dicere ipsum, uid. *Vindiciae nostrae*, p. 298, seqq. i.e. cum ipse contra Phariseos, Scribas, aliosque Iudeos induratos et blasphemos eo fine, ut status sui conditionem infelicissimam exhorrescerent, et resipiscerent, diceret haec, ut, miraculi maiestate ac sermonis Christi pondere commota, quaedam mulier, non ex primoribus, sed ex plebe, i Cor. I, 26, seqq. quam LYRA in h. l. ad sanctos doctores prouocans, Marcellam, famulam Marthae, sororis Lazari, Io. XI, 19, seqq. fuisse, dicit, attollens, uocem oris, uoce cordis prouocatam, dixit ei, i.e. sonora et eleuata uoce dixit, uid. *Vind.* p. 358. Beatus est uenter, qui te concepit, per novum menses te gestauit, et tandem in lucem edidit, et beata sunt ubera, quae suxisti, more aliorum infantum, *Hebr. II, 14.* Ad quam foeminae professionem obserueretur α) quod, notante ARETIO ad h. l. doceamus, Christi doctrinam non carere suo fructu, qui dum impios inexcusabiles reddit, et ora aduersariis obrurat, habet mox etiam confessores suae gloriae, deinde faciat ad commendationem muliebris sexus, qui factior est doctis illis et argutis Phariseis. Illi silent, haec confitetur, illi indurantur ut lutum, huius peccatis emolumentum est radiis loquentis Christi. Et, quia de turba est, consolatorium est, quia faciliores et magis habiles uideamus animos uulgi ad salutem, quam doctorum et sapientum. β) Quod Veteres contra Manichaeos, Valentianos, aliosque, argumentum pro uera humanitate Christi, quam ex matre assumxit, depromoverunt, γ) quod, cum aliena, et quae ingenium humanum magni aestimat, quo in primis id in felicitatibus humanis refertur, quando parentes magnos procrearunt filios, prout Poeta scripsit,

ολβίος, δέ σ' ἐφύτευσε, καὶ ολβίν, ή τέκε, μήτης,
γαστὴ, ή σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη.

Beatus, qui te fecit, et beata, quae te peperit, mater.

Venter, qui te enixus est, beatus.

nimium et magis demirata fuerit foemina, quam par erat, amice eam correxit Dominus, et docet, quae uera sit beatitudo, in uerbis.

ΑΥΤΟΣ δὲ -- άυτόν. Ipse autem Dominus respondit, pro mansuetudine sua, *Math. XI, 29*, admodum blande, non negans quidem, quod erat dictum, nomine tanti partus felicem esse matrem, quod Angelus quoque, et Elisabe-

ta Sancto Spiritu plena, dixerat, sed matris aliquid addens, beatitudinem felicet aeternam ac solidam neque in hoc esse fidam, neque Mariae esse propriam, ut bene scripsit G R O T I V S ad h. l. *Quin imo, quin potius, confide uoce μενοῦντε Hierocrit.* Nou. Test. P. I, p. 130, dico, quod uera beatitudo matris meae non pendeat ab eo, quia me concepit, gestauit, et lactauit, nihil certe ei utilitatis nomen afferret, nisi bonitate et fide praefaret, prout recte obseruauit C H R Y S O S T O M U S in Io. II, Hom. 20, et cum eo A V G U S T I N U S de S. Virg. c. 3, Materna propinquitas nihil Mariae profuisset, nisi felicissimum corde, quam carne, gestasset. Hinc mater mea, eodem auctore in Io. II Tract. 10, quam appellasti felicem, inde felix est, quia uerbum D E I custodit, non quia in illa Verbum caro factum est. Quare dico pro rei ueritate, quod illi potius, in quibus et parens mea est, Luc. I, 45, beati sint, qui audientes sunt, i. e. qui audiunt, et corporis et mentis auribus, uerbum, non hominum, Marc. VII, 7, 8, sed D E I, quod docet, unde beatitudo illa, Ies. LIII, 5, Ier. XXIII, 5, 6, XXXI, 34, Io. XX, 31, Act. IV, 12, ipsumque custodiunt, i. e. exequuntur, (De qua notione uid, Vindic. p. 145, seqq.) credentes in me et charitatis opera praestantes, Io. V, 24, VI, 29, VII, 38, IX, 51, XI, 25, 26, XII, 8, 12, Gal. V, 6, 14, Eph. II, 8, seqq. et Io. III, 23, IV, 15, 16, 19, 20. Nisi enim is, qui fidem iactat, fidei facit opera, uerus credens non est, Iac. II, 14, 17, quemadmodum nec is, qui uerbum D E I audit, beatus D E O que acceptus, nisi ea, quae illud requirit, faciat, Iac. I, 22, seqq. Hac ergo ratione omnes uere credentes Christum concipiunt Verbo, Baptismo, et Sacra Coena, eumque per inhabitationem gratiosam, Io. XIV, 23, portant, eiusque fiunt caro et membra, Io. XV, 5, Eph. V, 23, 30, adeo, ut, nisi qua physicam et essentialiem, tamen mysticam, generationem Christi in nobis, Gal. IV, 19, Mariae sint similes, nec ei primas cedant, eadem beatitate masti. Id quod contra Marianos idololatras Pontificiorum notatur, qui Mariae talentum vindicant praerogatiuam, qua D E V S gloria priuatur, talentum beatitudinem, qua Christi uerbis, quibus haut dubie praecava uere voluit, ne in idolatriam incidenter homines, et toti sanctae Ecclesiae priorum seculorum, contradicuntur, qui uno ore affirmant omnes, Mariam non ob generationem Christi, sed ob fidem in Christum, dici uere et aeternum beatam. Conf. quae ad u. 28 Euang. in Feste Annuntiat, Mariae sunt dicta.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Non inane uerbum D E I praedicatum reddit, Ies. LV, u, nisi multos, tamen paucos, lucratur et saluos facit, Luc. LIX, u, seqq. Io. VII, 40, 46, Act. II, 41, XVI, 14.

Nolint

Nolint igitur V. D. Ministri affligi, uel remissiores in docendo fieri, quando paucos duntaxat lucrantur, sed sufficiat ipsis, quando sincere munere perfundi aliquos saltem faciunt saluos, *Rom. XI, 14; 1 Cor. IV, 2; 2 Tim. IV, 2; Iud. II, 23.*

II Ut saepe nobiliori sexui palmam, in rebus fidei, praeripit sexus sequior, *Matth. IX, 21, 22; XV, 28; Hebr. XI, 31, coll. Ios. II, 9, seqq.* ita plebeii et ignobiles facilius ueritatem agnoscunt, et credunt, quam magnates, nobiles, et sapientes huius mundi, *Io. VII, 45, seqq.; 1 Cor. I, 26, seqq.* O si in ruborem darentur, qui sunt uiri, sapientes, nobiles, cert. illorumque fierent imitatores!

III Vbi fidei uox in corde clamat, ibi uox oris silere non potest, *Luc. I, 45, seqq.* Bene ergo iis, qui corde credunt, et ore profitentur, Iesum esse Dominum, *Matth. X, 32; Rom. X, 9.*

IV In gloriam quidem cedit parentum, et gratiae diuinae adscribendum est, *Psi. CXXVII, 3;* si filios generint, qui sint uiri DEI, ad omne bonum opus instructi, sed non in ipsorum salutem, *Hab. II, 4; Rom. I, 17.*

V Non liberos tantum concipere, gestare, ac parere, sed et lactare, est piarum parentum. DEI ergo repugnant ordini, quae sine urgente necessitate, infantes scotris tradunt lastandos, nec sanctorum foeminarum, in quibus ipsa S. Maria, Saluatoris parens, premunt uestigia.

VI Decet Christianos, ut, Christi exemplo, pios, qui uel ex ignorantia, uel inaduententia, a ueritate defleant, in rectum deducant tramitem, non autem coeco feroore abrepti haereticorum ordini adscribant, *Gal. VI, 1.*

VII Non sanguis, non frater, non parens, non filius, non diuitiae nos salvos faciunt, aut coram DEO commendant, *Psi. XLIX, 8; Ier. IX, 23, 24; Rom. IX, 7; Iac. V, 1, seqq.* sed fides, quae, ut ex uerbo DEI eritur, ita et idem amplectitur et seruat, *Hab. II, 4; Rom. I, 17; V, 1; X, 17; Gal. V, 6; Eph. II, 8; Hebr. XI, 6.*

IX Audire uerbum DEI te non facit saluum, *Matth. VII, 22,* sed idem et conseruare atque exequi, *Ier. XI, 6; Luc. IX, 12, seqq.; Iac. I, 22, seqq.*

CAP.

C A P U T II

Q V O

E V A N G E L I V M D O M . I V D I C A

I o . I I X , 4 6 — 5 9 , E X T A N S

I L L U S T R A T U R

V E R S U S 4 6 E T 4 7

46 Τις ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἀναρτίων; Εἰ δὲ ἀληθεῖαν λέγω, διατί ὑμεῖς 74 οὐ πιστεύετε μοι; Οὐ γάρ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ ρήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούετε. Διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔσε-

Quis ex uobis arguit me de peccato?
Si autem ueritatem dico, cur uos non
creditis mihi? Existens ex DEO uer-
ba DEI audit. Propter hoc uos non
auditis, quia ex DEO non esis.

Ε Ξ Η Γ Η Σ Ι Σ

Tiς εξ ὑμῶν — οὐ πιστεύετε μοι; Quis ex uobis, Iudei, quibus flagitia uelstra, fecela, ac hypocrisia toties exprobraui, et etiam nunc, in antecedentibus, signillatimque uerſū 44, uos notaui, atque, ex patre ueltro, diabolō, esse, asseuerauai, ut adeo unusquisque facile posset intelligere, uos, mihi infenſissimos, esse succensuros, et, si quae contra me haberetis, non esse tacituros, sed pleno ore mihi objecuros criminā. At, cum multum absit, ut hoc facere possitis, uos ipsos, inimicos meos, constituo accusatores, ut li- rem mihi denancietis, uos constituo iudices, ut pro uelstra conscientia iudiceatis, uos prouoco. Quis est ex uobis, qui, ueritate duce, arguit me, i. e. ui uocis, qui arguere me posset conuincendo de peccato quodam? h. e. Nemo me peccati cuiusdam, sive in uerbis, aut doctrina, sive in factis, aut moribus, arguere, de eoque conuincere poterit. (Interrogatio enim h. l negat, uid b. GLASSII Philol. S. p. 2028.) Tanta siquidem erat Christi sanctitas, ut ne peccabilitas quidem in eum caderet, Dan. IX, 24, Luc. I, 35, Io. I, 14, Hebr. IV, 15, VII, 26, multo minus peccatum actuale, prout Iesaias, c. LIII, 9, dudum hoc asseuerauit, conf. i Petr. II, 22, i Io. III, 5. Qua de causa, licet Dominum Iudei maleuli uariorum criminum postularent reum, u. g.

F

magis.

magiae, *Luc. XI, 15*, haereseos, *Io. II X, 48*, oscitantiae uanae, *Io. II X, 13*, profanationis Sabbati, *Matth. XII, 8, 10, 13, 14*, *Io. IX, 16*, ἀσωτίας, *Matth. XI, 19*, seditionis, *Luc. XXIII, 2*, blasphemiae, *Matth. XXVI, 6*, reliqua, ipsumque peccatorem et maleficum blasphemarent, *Io. IX, 24, XIII, 30*, tamen id maligne et malitiose esse factum, ueritatis testes docent, *Matth. XXVII, 18, 19, 24*, *Luc. XXIII, 14, 15*, *Io. VII, 45*, seqq. *IX, 30*, seqq. ceteri. Addatur testimonium JOSEPHI ad n. 33 *Euang. Iesu mibi*, allegatum. Salua itaque ueritate cum nemo Dominum peccati cuiusdam arguere, de eoque conuincent, poruerit, mireris forte cum BELLARMINO in *Controversiis de Inquisicat. lib. II, c. VII*, Tom. IV, Opp. p. 918, cur LVTHERVS eiusque commilitones Christum dixerint peccatorem. Verum, si attenderis, quod b. LVTHERVS Christum dixerit peccatorem, non qua peccatorum inhaesione, sed imputationem, intelliges, b. LVTHERVM nihil absurdi statuisse, ipsas sacrarum litteras secutum, quibus ob peccata imputata appellatur *uir dolorum, expertus morbos*, i. e. peccata, in quem *תְּנִינָה* omne nostrum peccatum incurrire fecit, *Ies. LIII, 3, 6*, ideoque et peccata nostra portare idem dicitur, *Ies. LIII, 4*, *Io. I, 28*, imo peccatum pro nobis esse factum et maledictum, *2 Cor. V, 21*, *Gal. III, 13*. Ex quibus apparet, Iesum recte dici, respectu officii sacerdotalis sui, peccatorem maximum, utpote qui peccata totius mundi portavit, *Ies. LIII, 4*, *Io. I, 28*, *1 Io. II, 2*, non uero ratione naturae suae, cuius respectu est sanctus, *Luc. I, 35*, sanctus sanctorum, *Dan. IX, 24*, et a peccatoribus segregatus, adeo ut coram DEO talis uidetur, *Pf. XLV, 3, 8*, *Matth. III, 17*, nec Iudei haberent malignissimi, quo ipsum de peccato quodam conuincent possent. Interim tamen, licet de hac ueritate essent conuicti, agnoscerentque, Iesum nihil dicere, nisi quod habeat ueri rationem, *Matth. XXII, 16*, tamen non credebant. Quam ob rem ipsis facinus obiicit Dominus, in uerbis. *Si autem ego, ut uos, si conscientiae uestrae rationem haberetis, testari oportet, ueritatem, qui ipsa sum ueritas, nec mentiri possum, Num. XXIII, 19, Io. XIV, 6, XIII, 37*, dico, i. e. uiam DEI in ueritate uos doceo, et de peccatis uestris, ut in gratiam cum DEO redeatis, admoneo, id quod ipsi, *Matth. XXII, 16*, testati sunt Iudei, in uerbis, Διδάσκαλε, δίδασκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενὸς, οὐ γὰρ θλέπεις εἰς προσωπον αὐθῷ πάντων. Cur ergo uos non creditis mibi? Ecce uirae meae integratatem probauit omnibus, doctrinae ueritatem conuictione conscientiae agnoscitis. Nam qua agenda et credenda uos institui sincere, et, quae commisistis facinora, nulla προσωποληψία habita, uobis indicaui, ut ad saniorem mentem rediretis, et iram DEI effugeretis. Cur ergo, cum omnes personae meae actiones uos conuin-

vincant uerbis meis, quae sunt uerba DEI, adeoque ueritas ipsa, *Io.* XIV, 6, 10, 24, fidem habendam esse, non creditis mibi? qui tamen hac ratione, ut credatis, obligati estis. Nam recte notat GROTIUS ad h. l. inquiens, si cui fides negetur, oportet eam negari, aut quia loquens indignus est, cui habeatur fides, aut quia res per se est incredibilis. Cum igitur utrumque Dominus a se amoueat, quia ratione personae nihil habebant Iudei, quod ipsi erroris, aut culpae, obiciere poterant, ratione doctrinae uero ipsi agnoscabant, res proponi non incredibiles, sed ipsam ueritatem, quae est *αὐτόπτης*, nullam incredulitatem rationem, asserit, superesse aliam, quam eam, quod scilicet a diabolo, *Io. IIX, 44*, non a DEO essent, inquiens.

O ἦν ἐν τῷ Θεῷ - - οὐκ ἐσέ. Existens, siue, qui est ex DEO natus, *Io. I, 13*, h. e. uerbo ueritatis a DEO regenitus, *Io. III, 5, 6*, *I Petr. I, 3*, *Iac. I, 17, 18*, adeoque naturae diuinae, qua inhabitationem gratiosam et unionem mysticam, *Io. XIV, 23*, *Io. XV, 5*, *2 Petr. I, 4*, non uero qua essentiam, ut Fanatici somniant, particeps, et filius DEI, (Nam uocula ἐν, h. l. pro αὐτῷ adhibita, non causam materialem ex qua, sed efficientem a qua, res est, notat, uid. plura ad u. 13 *Euang. I Fer. III Natum, Christi.*) is a Spiritu S. agitatur, *Rom. IIX, 14*, ac lubens uerba DEI, quae sunt uerba uitiae aeternae, *Io. VI, 68*, audit, conseruat, et exequitur, *Luc. IIX, 15*, *Iac. I, 22, seqq.* Propterea de uobis, per bonam consequentiam, colligo recte. Vos ideo non auditis me, uerba DEI de salute uestra docentem, quia ex DEO non estis, *i. Io. III, 9*, sed a diabolo, *Io. IIX, 44*, *i. Io. III, 10*, adeoque in sensu reprobum a DEO dati, *Rom. I, 28*. Quo ipso status sui conditionem tristissimam agnoscere, et ad DEVUM, a quo aberrauerant miseri, fide in Messiam, redire potuissent Iudei, sed nollebant, *Ief. I, 2, seqq.* *Ier. IIII, 12, 13, IV, 22, V, 21, 23, VII, 24, seqq.* *IIX, 4, seqq.* *Mattib. XXIII, 37*, in impietate erga Dominum progredientes, et conuiciantes Sanctum Israe lis, prout sequentes docent uersus.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Cum Dominus ἀναμέρτως esset, *Ief. LIII, 9*, *Luc. I, 35*, *2 Cor. V, 21*, *Hebr. VII, 26, 27*, *1 Petr. II, 22*, ipsumque testimonium suae personae a DEO Patre, *Mattib. III, 17*, et Iohanne, Propheta maximo, *Io. I, 6, 7, 15, 19, seqq.* habuerit, nec quicquam, nisi ueritatem, quae ipse erat, *Io. XIV, 6*, dixerit, adeoque fide dignissimus fuerit, et tamen uix pauciores fidem ei habuerint, plures uero eum conuiciati sint, uid. ad uer. seq. *Προσοικ. I - III*, discant altera ex parte pii V. D. M. quando idem iis euenit, quae sit mundi consuetudo, scientes, quod Domino suo non sint meliores, *Mattib. X,*

24, 25. ex altera uero parte solatium inde capiant, quod, si Domino non erediderint, mirum non sit, si ipsorum uerbis fidem non habeant, *Io. XV, 20.*

II Quantum solatium, qui in rebus aduersis ad suam conscientiam aequem, *ad factorum suorum innocentiam coram prouocare possunt, Num. XVI, 15; 1 Sam. XII, 3, seqq. Iob. XXVII, 6, Act. XX, 33, XXIII, 1, 2 Cor. I, 12, IV, 2, Hebr. XIII, 18.* Bene itaque iis, qui illasae conscientiae student, *Act. XXIV, 16, 1 Tim. I, 19.*

III Duo sunt, in quibus imitantur *αγχιποιμένα* pastores animarum, alterum uitiae integritas, alterum doctrinae ueritas, *1 Tim. III, 2 - 9, IV, 12, 16, 2 Tim. II, 15, 24.*

IV Haec est mundi ratio, ut uel optima quaeque iis, quibus infensi sunt, aut uitio uertant, aut minus credant. Hinc noli obtristari, sed expende, quod idem Christo euenerit, uid. *Πρεσβοι. I.*

V Licet omnino, Christi exemplo, *γνωστοῖς* V. D. Ministris, ut ab incredulisi incredibilitatis rationem exigant, eosque de sua malevolentia uerbo ueritatis conuincent, *Gal. III, 1, seqq.*

VI Disce, quod amor uerbi uinici sit amare DEVM, et ex DEO, i. e. filius DEI, esse, odium contra eiusdem uerbi sit DEVM odisse, et a dia-
bolo, i. e. filius diaboli, esse, *Io. XIV, 23, 24.* Habes igitur status tui,
habes uerae et falsae Ecclesiae, ueram notam, qua utrumque probare,
tibique consulere, potes. Inquiras ergo in animum tuum, qualis ille sit
erga uerbum DEI, utrum idem sit, qui Davidis, *Psl. XIX, 6, CXIX, 72,*
127. Inquiras in Ecclesiis, utrum uerbum ueritatis, an traditiones homi-
num, in iis doceantur, *Marc. VII, 7, seqq. Io. V, 38, 39, XVII, 17.*

VII Cum uerbum DEI sit ipsa ueritas, *Io. XVII, 17,* adeoque principium
αὐτόπιστον, nulla demonstratione, uel probatione, indiget, sed unusquisque est obstrictus, ut ei credat, Vid. *Dissert. nostra de Corruptione Ca-*
nonis S. impossibili, p. 16, seq.

VERSUS 48 — 50

48 Απεκρίθησαν οὖν οἱ Ιουδαῖοι, καὶ εἶ-
πον ἀπό τῷ Οὐρανῷ λέγοντες ἡμῖν,
ὅτι Σαμαρείτης εἶ σύ, καὶ δαιμόνιον
49 ἔχεις; Απεκρίθη Ἰησοῦς. Εγώ δα-
μόνιον οὐκ ἔχω, αἰλαύνω τὸν Πα-
τέρα μου, καὶ οὐκεῖται ἀτιμάζετε με.
50 Εγώ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου, ἐστιν
οἱ ζητῶν καὶ κείρων.

Responderunt igitur Iudei, et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos,
quod Samaritanus es tu, et daemo-
nium habes? Respondit Iesus. Ego
daemonium non habeo, sed honoro
Patrem meum, et vos inhonoratis me.
Ego uero non querero gloriam meam,
est quaderens et iudicans.

E E H.

ΕΘΗΓΗΣΙC

Απεκριθησαν οὖν — ἔχεις; Responderunt igitur Iudei, non prout fas erat, et prout eos, qui crederant, Io. III, 31, uel de ueritate aliquem conuincere, uel ipse, de ueritate conuicti, poenitentiam agere, uolunt, Luc. III, 10, 12, 14, Act. II, 37, decebat, sed ueritatis impatientes, Matth. XIII, 14, 15, iram omnem in Dominum euomebant, et dixerunt ei, malitiose blasphemantes. Nonne bene et recte dicimus, quando a diabolo nos esse dicas, qui, ut certum est, et tu negire non potes, Abrahāni et foederis filii, adeoque DEI, sumus, quod tu sis Samaritanus, et daemonium habeas, ejusdemque criminis reus, cuius nos accusas. Ad id ergo respondent Iudei, quod personis suis erat molestem, non uero ad id, cuius causa prouocati erant, ut scilicet primo peccati cuiusdam Messiam conuincenter, deinde rationem redderent, cur non erederent. Verum cum haec non possent, impudenter calumniantur, et conuicti sibi suaeque famae consulere uolunt, propria sua auctoritate innixi. Nonne recte dicimus nos, Pontifices, Aaronis successores, nos Doctores et Pharisei, qui in Mōsis cathedra sedēmus, et legem interpretabimur, penes quos est sapientia, quod, cum adeo acerbe de nobis, Abrahāni filiis, sentias, et famae nostrae gloriam perstringas, Samarita es tu, i.e. religionis Iudaicae contemtor, Syncretista, haereticus, et apostata, siue, ut CYRILLVS in Ioh ad h.l. exponit, iniquiens, Quoniam Samaritae, cum DEO Israel simul colentes idola, neque legem Mōysis integre custodiebant, neque Sabbatum more Iudaeorum obseruabant, sed gentilios ritus commiscebant ceremonias Mōsaicae legis, (2 Reg. XVII, 24, seqq.) hinc Iudei, cum aliquem infinuare uolebant, non esse uerum DEI cultorem, sed praeuaricatorem legis, et ritus Iudeorum transgressorē, contumelioso uerbo Samaritanum eum uocabant. Quo etiam ignominioso nomine Christum hoc loco notabant, significare uolentes, ipsum esse uolatore Mōsaicae legis, concubatorem Sabbati, et more Samaritanorum DEI contemtorem. Durissima ergo erat iniuria, qua Saluatorem, legis uindicem, Matth. V, 17, Marc. VII, 3, seqq. lacescebant, eo fine, ut apud populum in odium incurreret. Nihil enim Iudeis, qua priuatam et fraternal conuersationem, erat cum Samaritanis commercii, Io. IV, 9, 27, sed Samaritam si audiebant, hominem audiebant, qui quovis modo fugiendus sit, hinc et periculissima Saluatori erat haec calunnia, qua totius populi odio exponebatur. At enim uero, cum coniiciendum sit, Iudeos non sine speciosa quadam ratione adeo criminose traduxisse Dominum, quaesitum fuit ab interpretibus, quaenam illa fuerit, et respondetur, eos duplē cūprimis rationem huius criminis allegasse, uideri, alteram, quod cum Samaritanis conuersaretur, eorumque charitatem

erga proximum, aliasque uirtutes, commendaret, imo Sacerdotum et Leuitarum pietati anterferret, *Luc. X, 33, seqq. XVII, 16, Io. IV, 7, seqq.* alteram, quod, Samaritanorum more, Sabbatum profanaret, nec traditiones Iudaicas obseruaret, uel, ut. *THEOPHYLACTVS ad h. l. annotat*, quia morem iudaicum destruebat, nec per omnia iudaizabat, uid, *Mattb. XV, 2, Marc. VII, 2, seqq. Luc. XI, 38, Io. V, 16, IX, 16*. Samaritam ergo eum esse conuiciebantur, nec hoc sufficiebat ipsorum malitia, sed, magum præterea ipsum esse, blasphemabant, in uerbis, et daemonium habes, cuius ope et consilia nostra exploras, et miracula, aliaque edis, *Luc. XI, 15, Io. VII, 20, Conf. plura, quae ad u. 15, 18, seqq. Euang. Oculi sunt dista.*

Απεντίθη Ιησοῦς - - ατιμαζέτε με. Respondit Iesus, ad has calumnias blasphemias refellendas, non pro sua omnipotentia, qua blasphemantes illos ultimo supplicio afficeret, eosque, *Korah, Dathan, et Abiram* instar, perdere potuissent, *Num. XVI, 13, seqq.* sed, pro sua longanimitate et misericordia, qua uasa irae tulit, *Rom. IX, 22*, suo ipsius exemplo hic comprobans, quae Discipulos suos docuerat, *Luc. IX, 54, seqq.* Ego, qui in hunc mundum ueni, ut opera diaboli destruam, *Gen. III, 15, 1 Io. III, 8, non habeo daemonium*, quod, ui pacti, mihi opem ferat, sed opera et doctrina mea sunt a DEO, Patre meo, quibus eundem Patrem meum, *Pf. II, 6, 7, Matth. III, 17, filii instar, Marc. VII, 10,* non quidem qua essentiam diuinam, secundum quam DEO Patri erat aequalis, *Io. X, 30, 1 Io. V, 7,* sed quoad humanam naturam et officium Messiae, (Id quod contra Arianos tendendum est, qui ex hoc loco inferebant falso, *Honorans minor est honorato, Christus est honorans Patrem.* Ergo Christus minor est Patre. Nam, ut dictum est, confundebant naturas, de quibus recte ATHANASIVS in *Symbole*, *Aequalis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Deinde maior propositio non est universalis consequentiae. Saepe enim Reges honorant ministros, ut *Pharao Josephum, Gen. XLI, 41, seqq. Abasuerus, Mardonchaim, Esther. VI, 6, seqq.* nec tamen sequitur, eos esse inferiores. Sic, cum *Io. II, 19, 54*, dicitur, quod Pater honoret Filium, sequeretur, Patrem Filio esse inferiorem, reliqua.) honoro, cum eius voluntatem, qua munus Propheticum, exequar lubens, et legem a uobis corruptiam expono et repugo, *Pf. XL, 8, seqq. Matth. V, 17, seqq. Marc. VII, 6, seqq.* quod diabolus non facit, nec Samarita, idololatra, et nihil tamen fecius in hono-*ratis me*, quem Pater uult honoratum, sicut se ipsum, ideoque ei omnem potestatem dedit, *Io. V, 21, seqq. coll. Matth. XXIIX, 18.* Expendite igitur, quantum committitis scelus, cum, ea ipso, Patrem contumelia afficitis, *Luc. X, 16*, quando me Samaritam et magum, qui daemonium habeat, crimina-*mini*, ac coram demonstratis, uos esse a diabolo, *Io. II, 19, 44*, non a DEO.

DEO. Alias enim meam doctrinam non Samaritis, neque miracula mea daemoni adscriberetis, quae omnia Patris sunt mei, a quo accepi, *Ies. XLII, 1, seqq. L, 4, LXI, 1, Io. VII, 16, seqq.* Ex qua iusta textus nostri explanatione intelligit unusquisque, Dominum et magiae, et haereseos, notam a se auertisse, nec, ut purant interpres, *Samaritani conuitum,* quia personale fuisset, intactum reliquisse, prout in hanc sententiam scripsit b. *PHIL. MELANCHTHON,* apud *BACCIUM, P. II, p. 135.* Tota uetus *stas hoc obseruauit, quod Christus ad Samaritani conuitum, ut personale, non respondit.* Negamus enim, Samaritani conuitum personale duntaxat fuisse, quod cum primis probobieto falsam et haereticam doctrinam habuit, quoque Iudei officium Christi Propheticum lacescebant, et in dubium uocabant, uti in antecedentibus fuit ostensum. Idecirco iure meritoque locutionem, τιμῶ τὸν Πατέρα μου, καὶ ὄφες ἀποδίζετε με, ad utrumque referimus conuitum, quemadmodum et sequentia uerba.

Ἐγὼ δὲ . . . καὶ πάνω. Ego autem, quamvis adeo contumeliose me excipiatis, impraesentiarum, qui in statu exinanitionis uersans munere Prophetico fungor, nec, qua aduentum hunc primum, in mundum ueni, ut eum iudicem, *Io. III, 17, XII, 47,* non quaero, i.e. a uestris calumniis, pro merito, non uindico, (Eo enim sensu uocem ζητῶ, a Graecis quandoque in foro, itemque ab Ebraeis acceptam, uid. *2 Chron. XXIV, 22,* h. l. accipiēdam esse sequentia docent,) gloriam meam, quam tantis opprobriis, tantaque contumeliam, affecisti. Vulgo quidem uox ζητῶ eo accipitur sensu, quo au corpor, affectō, denotat, ut sensu sit, non propriam meam gloriam ac famam au corpor. Sed antithesis rectius uideatur cohaerere, si ζητῶ priori accipiat sensu, est autem aliquis, scilicet *DEVS ille,* qui ad *Mosen* de me locutus, et contemtoribus meae doctrinae minatus est, *Deut. XXIX, 19,* qui querit, i.e. uindicit, cum uos perdet, et hunc locum euerteret funditus, et iudicat, haec omnia conuitia, in extremo iudicio, *Matib. XII, 36,* per uirum quendam, cui omnem iudicij potestatem dedit, *Io. V, 22, Act. XVII, 31,* mediante uerbo, quod Dominus locutus est, *Io. XIII, 48.* Imo, nisi resipueritis, et in me credideritis, iam iudicati et condemnati estis, *Io. III, 18.* Contra uero dico uobis, si quis, in me credens, sermonem meum seruauerit, non iudicabitur, neque mortem videbit in aeternum. *Io. V, 24.* De quo in sequentibus. Reliqua uero, quae hic contra Pontificios, Iudeorum personas sustinentes, dici possent, iam iam expposita uid. a b. *LYXERO in Harm. Chemnit. Lyser. c. 103, p. 1102, seq.*

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Ita improborum hominum comparatum est ingenium, ut, cum nihil habeant, quod bonis obiciant, fortiter calumnientur, *Matth. XXVI, 59, seqq. Act. VI, 10, seqq.* sibiique, se rem praecclare DEOque gratam, gessisse, blandiuntur, *I. XVI, 2, 3.* Noli ergo mirari, si eadem tibi evenient, quae dudum bonis, imo ipsi Domino tuo, enenerunt, *i Petr. IV, 12, seqq. Conf. ad uers. anteced.* Προσοικ. I et IV. Tandem DEVS contumelias et iniurias tibi illatas vindicabit, *Deut. XXXII, 35, Luc. XIIX, 7, 8, Rom. XII, 19, 2 Petr. II, 9.*

II Quantum scelus? Θεόθεωπος pauci cum diabolo, Lux tenebrarum, Sanctus sanctorum profanae religionis, Veritas mendacii, accusatur, *i Chron. XIII, 17, Dan. IX, 24, Luc. I, 35, XI, 15, 18, seqq. 2 Cor. VI, 15, seqq. Io. XIV, 6, Rom. I, 25.* Si hoc fecerint in uiridi ligno, in arido quid fiet? *Luc. XXIII, 31. Conf. Matth. X, 24, 25, XI, 18, 19.*

III En Dominus tuus ob ὄφεδιδασκαλατα haereticus obiurgatur, qui, daemonium habeat ac religionem profanet! nec tamen contra obiurgat, *i Petr. II, 23.* Cur tu, qui seruus es, conquereris, si iisdem te excipiant conuicti, uel, extra Ecclesiam, Pontifici, aliquae, uel, intra Ecclesiam, falsi fratres. Cur conuictia refert? Gaude potius, quod cum Christo patiaris, *i Petr. IV, 12, 13. Conf. plura in hanc rem ad u. 15 Euang. Domini Oculi, Προσοικ. II, seqq. et ad u. 18 Προσοικ. III.*

IV Tene, quod Christiano quidem licet diateria a se suoque munere auertere, sed non diateria diateria referre. Vid. ad u. 15 Euang. Dom. Oculi Προσοικ. II, et ad u. 19 Προσοικ. II.

V Noli ab inimicis tuis vindictam sumere ipse, sed recorderis, cuius sis spiritus, *Luc. IX, 54, 55,* et DEO relinquere eam, qui, ut eam sibi reservauit, ita iustus est iudex et iuste iudicabit, *Deut. XXXII, 35, Ps. VII, 9, 12, XI, 7, 8, Rom. XII, 19, i Cor. IV, 12, i Petr. II, 21, 23, III, 9.*

VI Ut DEVS uult, quo omnia in sui ipsius gloriam fiant, *Ps. XIX, 2, i. Cor. X, 31, Phil. I, n.* ita eandem severissime vindicabit ab impiorum iniuriis, quibus illi eam lacerant, *i Sam. II, 30, Ies. XLII, 8, XLIII, 11.*

VII Legatorum DEI est, ut non suam, sed Domini sui, gloriam, quaerant, *Ps. CXV, 1,* ut non ab hominibus reperant gloriam, sed a DEO expectent, *Io. V, 41, 2 Cor. X, 18,* ut ignominiam, quam perpepsi sunt, mansuetu spiritu a se avertant, non vero vindicent ipsi, quam ipse Dominus vindicandam sibi reservauit, *Ps. CV, 15, Matth. XXIII, 35, seqq. 2 Petr. II, 8, 9,* addatur Προσοικ. anteced. V.

VER.

VERSUS 51 — 53

51 Αμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, εἴ τις τὸν λόγον τοῦ ἐμοῦ τηρήσῃ, θάνατον οὐδὲ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰώνα. Εἶπον δὲν αὐτῷ οἱ Ιουδαῖοι. Νῦν ἔγνωκαμεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Αθραύσθη ἀπέθανε, καὶ εἰ προφῆται, καὶ οὐδέγειται. Βάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γείσεται θανάτον εἰς τὸν αἰώνα. Μή σὺ μείλιγνον εἴ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Αβραὰμ, ὅσιον ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται αὐτοὶ ἀπέθανον. Τίνα σεαυτὸν οὐ ποιεῖ;

Amen, amen, dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in aeternum. Dixerunt igitur ipsi Iudei. Nunc cognovimus, quod daemonium habes. Abram mortuus est, et Prophetae, et tu dicis. Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum. Num tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? et Prophetae mortui sunt. Quem te ipsum tu facis?

ΕΞΗΓΗΣΙC

Αμὴν — εἰς τὸν αἰώνα. Amen, amen, ueritatem, ueritatem, sive, proposito, projecto, (Vid. de uoculae αμὴν significatu et usu, quae ad u. 32 Enang. Domini. Aduent. II sunt dicta,) dico, qui sum ipsa ueritas, Io. XIV, 6, uobis Iudeis omnibus ac singulis, credentibus et incredulis, his, ut ad saniorem mentem redeatis, et in me credatis, nec meam doctrinam amplius pro diabolica et Samaritana habeatis, quae non mortem, ut haec facit, sed uitam, affert, illis, ut in fide permaneatis, nec, illorum calumniis eo adducamini, ut a ueritate recedatis. Adeo mirabilis et ineffabilis est Domini longanimitas et amor peccatores saluandi, ut ne calumniis quidem atrocissimis, et ingratitudini derestandae, cedar, sed de integro gratiam suam offerat improbis, eosque ad salutem aeternam inuitet, utrum forte indurata et lapidea corda uerbo DEI emollirentur, et ad fidem permouerentur, inquiens, *Si quis*, quicunque ille sit, 1 Tim. I, 15, II, 4, IV, 10, uera fide usque ad finem, seruauerit in corde, uerbum meum Euangeliū auditum, h. e. qui in me crediderit finaliter, Matth. X, 22, Io. VI, 47, XI, 25, 26, XIV, 23, 24, Rom. I, 16, X, 17, Eph II, 8, Iac. I, 21, Apoc. II, 26, ideoque S. Paulo, Rom. X, 8, φῆμα τῆς πίστεως dicitum. Hinc multum errant Pontificii, et nonnulli inter modernos Sanctulos, qui pietatis speciem habent, eius autem uirtutem negant, 2 Tim. III, 5, propugnantes, hic de uerbo Legis eiusque obseruatione possibili, itemque de operum, sive fidei operosae, ad uitam aeternam necessitate, sermonem esse, cum tamen α) Legis uerbum sit Prophetae Moysi, non Prophetae Christi, qui gratiae uerbum nobis annunciauit, eamque peperit, ut, Io. I, 16, 17, diserte dicitur, cum β) Legis

G

uer-

uerbo nemo fiat saluus, *Rom. III, 20, IIIX, 3, Gal. III, 11*, quia homini non benedicit, sed maledicit, *2 Cor. III, 6*, eum non iudicat, sed interficit, *Gal. III, 10, 13*, quomodo cum hoc uerbo Legis coniungi, et de eo praedicari, possunt sequentia uerba Christi, *is mortem non uidebit in aeternum, cum γ) salus nostra sit ex gratia, non ex operibus, Eph. II, 8, Tit. III, 5.* Ergo per se manifestum est, de uerbo Euangelii ac fidei loqui Dominum, et, seruare uerbum, h. l. idem esse, ac finaliter credere, ut supra probatum est. Horum igitur finaliter creditum unicuique primitur a Domino, quod mortem, non temporalem, cui omnes homines sunt obnoxii, *Rom. V, 12, VI, 23*, sed secundam, *Apoc. II, 17, non uiderit in aeternum, i. e. nunquam moriturus sit*, uid. *Vindic. N. T. p. 321 et 339*, sed in omnem aeternitatem cum Christo uiuens regnaturus, *Io. X, 28, XI, 25, 26, Apoc. III, 21, XXII, 5.* Quodsi ergo tantam efficaciam habeat Verbum Christi, ut ab aeterna liberare possit morte, inique profecto pro litera mortua traducitur. Conf. de hac re, quae ad u. n. Euang. Sexages. sunt dicta.

τίποτον οὐδείς τὸν αἰώνα. Responderunt igitur ipsi, Domino, Iudaei, uerba Christi non recte, ex insciitia, intelligentes, ut Nicodemus aliquando, *Io. III, 4-10*, aut ex malitia accipientes. Nunc ex uerbis tuis heterodoxis quam certissime cognouimus, et de integro sumus conuicti, quod daemonium habes, cuius instinctu haec mentiendo doceas, quae sunt contra Scripturam S. aeque, ac contra quotidianam experientiam, qua utraque docemur, hominibus esse moriendum, quemadmodum sanctissimorum virorum exempla hoc affirmant, e quibus Abraham et Prophetas nominemus. Omnes illi uerbum DEI seruauerunt studiosissime, et tamen, ut ipse negare non potes, sunt mortui, postquam mors a primo homine introducta, ad omnes eius posteros transiit, *Gen. II, 17, III, 19, V, 5, Rom. V, 12, et tu,* contra apertam hanc ueritatem mentiri tibi sumens, *dicas.* Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum, i. e. nunquam morietur. Nonne hoc ipse doceas mendacio, te esse a diabolo, mendacii patre, quo nos antea perstrinxeras conuicio, *Io. IIIX, 44.* Phrases ceterum, *Θεωρεῖν Σαύταρον et γεύεσθαι Σαύταρον*, sunt synonymicae, conf. noster Hierocrit. *N. T. P. I. p. 231. seq.* Quemadmodum igitur Iudaei nullius ideo criminis, quamvis b. BACKIVS hoc existimat, *P. II, p. 138*, sunt arguendi, quod, loco phraseos *Θεωρεῖν Σαύταρον*, qua Dominus usus erat, usurparunt locutionem *γεύεσθαι Σαύταρον*, ab ipso Domino aliando adhibitam, *Matth. XVI, 28, Marc. IX, 1, Luc. IX, 27*, ita iure meritoque eos postulamus criminis, quod secundam mortem a prima non distinxerint, uel distinguere noluerint, sed, per aequiuocationis fallaciam, cum Domino, de secunda morte,

te, non de prima; loquente disputatione, eumque turpiter blasphemarint, a daemone, cuius reum faciebant Dominum excoecati, Matth. XIII, 14, 15, 2 Cor. IV, 4, atque, hanc blasphemiam ulterius prosequentes hominum nequissimi, argumentati sint infeliciter.

Mη σὸ μειζων εἰ - - σὺ ποιεῖς; Tunc, qui homo es ignobilis ac faber sordidus, Marc. VI, 3, maior es, uel doctrina ac sanctitate uitae, uel gratia apud D E V M, Patre nostro Abraham, qui tantis licet a DEO praerogatiis dignus habitus, Gen. XXIX, 17, seqq. tamen mortuus est? Gen. XXV, 8. Similiter Prophetae, DEO accepti, ac prae reliquis immortalitate digni, sunt mortui. Non potuerunt illi sua doctrina ac fide, neque uitae sanctitate, efficere, ut aut ipsi superstites essent, aut alii hoc immortalitatis dono traharentur, sed, ut de omnibus hominibus auditur vox, mortui sunt. Quem igitur te ipsum tu facis? qui Abraham, patri nostro, temet ipsum praefers, et, Prophetis ceteris superiorem te esse, gloriaris. Quae est haec tua superbia? Qualis gloriae affectatio? Certe suam illa originem non aliunde, nisi a diabolo, qui te obsecrum tenet, trahit! Verum, o cœcos homines, Matth. XIII, 15, XXII, 24, Io. III, 10, imperitosque! qui, Messiam Abrahamo et Prophetis maiorem esse, ignorant, i Chron. XIII, 17, Ps. CX, 1, Dan. VII, 14, conf. quae ad n. 56 sunt dicta, qui, Abramum et Prophetas, redemptoris beneficio Messiae, quae retrosum et antrorsum ualer, Aet. IV, 12, XV, 11, Ephes. I, 3, seqq. Hebr. XIII, 8, Apoc. XIII, 8, uiuere, licet mortui sint, non attendunt. Reste AVGUSTINVS in b. l. Abraham mortuus est, et Prophetae, sed ista morte, quam Dominus uult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec Prophetae. Illi enim mortui sunt et uiuunt, isti (Iudei Christum blasphemantes,) uiuebant, et mortui erant. Nam respondens quodam loco Sadduceis, mouentibus questionem de resurrectione, hoc ait ipse Dominus. De resurrectione mortuorum non legistis, quomodo ait Dominus de rubo ad Mosen. Ego sum Dominus Abraham, et DEVS Isaac, et DEVS Iacob. Non est DEVS mortuorum, sed uiuorum, Matth. XXII, 31.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Quae Iesus per ueritatem suam promisit, non fallunt. Est enim ipsa ueritas, Io. XIV, 6, et ipse DEVS, qui mentiri non potest, Num. XXIII, 19, 1 Sam. XV, 29, Ps. XXXIII, 4, Matth. XXII, 16, Rom. III, 4, 1 Jo. V, 20, Apoc. III, 7. Hinc noli uel de eius promissionibus dubitare, sed iis firmissime confide, Ps. IX, 11, XXVII, 8, 13, 14, LXXXIV, 13, CXXIX, 8, 9, 2 Tim. IV, 8, uel iis repugnare, aut despiciere eas, sed aurem praebere, eiusque longanimitatem agnoscere, Matth. XXIII, 37, Rom. II, 4, X, 21, Hebr. IV, 7.

II Bene tibi, si Iesu uerba in tuo corde recon sideris, eaque uera fide tibi applicaueris finaliter, neque peccatum, neque mors secunda, neque infernus, tibi nocebit, *i Cor. XV, 55, seqq. Apoc. XX, 14, 15*, sed certissime ad Domini peruenies gaudia, *Matth. XXV, 34, Io. V, 24, VI, 40, 47, X, 28, XI, 25, 26, Phil. III, 21, 2 Tim. IV, 7, 8, Apoc. II, 10*. Nam haec credentibus promisit, quae ipsum poenitere non possunt, *Rom. XI, 29*.
Vid. *Προσοικ.* anteced.

III Pii naturalem mortem, quae impiis saltem est amara, Syracid. *XLI, 1, 2, Luc. XVI, 25*, non metuunt, *Phil. I, 23*. Perducit enim eos ex inquiete in quietem, *Apoc. XIV, 13, XXI, 4*, ex regno calamitatum in regnum gaudiorum, *Gen. III, 17, Iob. VII, 1, 2, Eccles. IV, 1, 2, Syracid. XL, 1, seqq. Matth. XXV, 34, Io. XVI, 20, 33*, ex mortalitate ad immortalitatem, *i Cor. XV, 42, 43*, ex inimicorum turbis ad Christum, *Ps. III, 2, Phil. I, 21, 23, 2 Tim. III, 12, reliqua*.

IV Hoc Christi uerbum, *qui in me crediderit, is mortem in aeternum non uidebit*, est unica in agone mortis panacea contra mortis amaritudinem, reliqua omnia sunt uana, *i Sam. XV, 32, Syracid. XLI, 1, Io. III, 16, V, 24, XI, 25, 26, XX, 31, Gal. III, 13, 26, Eph. I, 3, 4, 5, II, 8, 1 Tim. I, 15*.

V Christi promissiones ut uera fide exosculantur pii, *Gen. XLIX, 18, Ps. CXIX, 41, 42, 74, 92, Io. VI, 68, 69, 2 Tim. IV, 7, 8*, ita impii pedibus eas conculeant, *Matth. VII, 6*, nec credunt, ut iuuarentur, *Ier. VII, 24, seqq. Matth. XIII, 15, 2 Cor. IV, 4*, sed, quo magis ueritatem proponas, eo uehementiores in te fient, *Io. IX, 59, Act. V, 29 - 33, VII, 54 - 59*. Conf. *huc Προσοικέστεις I - III ad n. 48*.

VI Noli de maiorum fide, meritis, et sanctitate gloriari, haec te nihil iuuant, sed unusquisque propria sua fide uiuet, *Hab. II, 4, Rom. I, 17, Gal. III, 11*. Quare maiorum tuorum creditum insiste uestigiis, *exrumque sequere fidem, Rom. IV, 12, 23, 24, Hebr. XIII, 7*.

VII Noli altum sapere, nec de tuis virtutibus gloriari, multo minus alius te praeferre, *Rom. I, 22, XI, 20, XII, 16, Phil. II, 3*, sed expende, quod scientia tua sit περικλήν et puerilis, *i Cor. XIII, 9, 11, quodque DEVS superbis resistat, i Petr. V, 5*.

IX En coecitatem Israelis, qui creaturam, *Abrabamum*, creatore, DEO, Messia, *i Chron. XIIIX, 17, Ps. XXXIII, 6, Prou. IX, 22, seqq. Io. I, 1, seqq. Rom. IX, 5, Hebr. I, 2, 3*, superiorem facit. Disce ex iporum exemplo sapere, et, si steteris, ne cadas, inuigila, *Rom. XI, 20, i Cor. X, 12*.

X Cum moriendum sit homini, *Gen. II, 17, III, 19, Rom. V, 12, VI, 23, Hebr. IX, 27*, mortem non effugies. Quare de hac noli sollicitus esse, conf. προσοικ. III, sed, ut secundam effugias, conf. προσοικ. II, et moriaris, antequam moriaris, cura.

VER -

VERSUS 54 ET 55

54 Απεκρίθη Ἰησοῦς. Εἰναὶ ἐγὼ δοξάζω
ἐμαυτὸν, οὐ δόξα μου οὐδέν ἔστιν. Εἰσιν
οἱ πατέρες μου, οἱ δοξάζοντες με, ὃν ὑμεῖς
55 λέγετε, ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἔσι. Καὶ οὐκ
ἐγνώκατε αὐτὸν, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν,
καὶ, εἰναὶ ἐίπω, ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν,
ἔσομαι, ὅμοιος ὑμῶν, φεύγοντος. Αλλὰ
οἶδα αὐτὸν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ
τηρῶ.

Respondit Iesus. Si ego glorificarem
me ipsum, gloria mea nulla est. Est
Pater meus, qui glorificat me, quem
uos dicitis, quod DEVS uester sit.
Sed non cognovistis eum, ego autem
nouii eum, et, si dixerim, quod non
nouierim eum, ero, similis uestrum,
mendax. Sed nouii eum, et uerbum
eius seruo.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Απεκρίθη — ώμων ἵστι. Respondit Iesus Iudeis ad fastus et uanae
gloriationis crimen, sibi obiectum, diluendum. Si ego, tali uitioso affectu
agitatus, quali uos agitamini, aut humano more, prout uanae gloriae cupidi
solent, contra DEI voluntatem, et indecenter glorifico me ipsum, attribuen-
do mihi, quae meae personae non conueniunt, utique gloria, et gloriatio-
mea nulla est, i.e. falsa, uana, frustanea, et reprobanda. Sed, cum sciam,
unde uenerim, Io. I, 18, III, 13, IIIX, 14, et quod sim ipsa ueritas, Io. XIV, 6,
testimonium meum, si de me ipso perhiberem, uerum esset, ac personae
meae glorificatio irreprehensibilis, Io. IIIX, 14. Verum, cum ipse Pa-
ter meus tum immediate, Matth. IIII, 17, cum mediate, Io. I, 7, 29, 32,
seqq. V, 33, 36, X, 25, de me testarus fuit, et ego uenerim, non ut me
glorificeem, sed ut Patris voluntatem exequar, Ps. XL, 9, Io. VI, 38, seqq.
mens mea non est, ut de me ipso tester, meque ipsum, in statu exinan-
tionis constitutum, glorificem. Est autem Pater meus, cum quo, respectu di-
uinae naturae, unius eiusdemque quidem sum essentiae, gloriae, ac maie-
statis, Io. V, 18, X, 30, et Io. V, 7, sed caro factus, qua personam meam, in
statu exinanitionis sum constitutus adeo, ut ne homines quidem me pro-
Filio DEI agnoscerem uelint, sicut uos facitis, Ies. LIII, 2. In hoc igitur
statu Pater meus glorificat me, dum a) testatur, quod in hac seruili forma, Phil.
I, 7, 8, eius sim Filius, Matth. IIII, 17, ideo caro factus, Io. I, 14, ut esse
μεστής inter ipsum et homines, et Tim. II, 5, hosque saluos faciam, Matth.
XIX, 11, 14, Luc. XIX, 10, Io. XII, 47, b) dum humanae meae naturae de-
dit, ad opera diuina peragenda, diuina idiomata, Io. III, 35, V, 19, seqq.
u. g. omniscientiae, Io. II, 24, 25, IV, 29, VII, 15, omnipotentiae, Matth.
IIIX, 3, 13, 16, 26, 27, 29, 32, Io. XI, 43, 44, sanctitatis, Luc. I, 35, Io. IIIX, 46,
ueras-

ueracitatis, *Io. IX, 45, XIV, 6,* reliqua, ex quibus maiestas mea, quod Filius DEI sim, exsplendescit, *Io. I, 14, γ)* dum me, qua-humanam natum, ad dextram DEI exaltabit, *Ps. CX, 1, Marc. XII, 36, XVI, 19,* *Phil. II, 7 seqq.* *Hebr. I, 13,* unde uenturus iudicabo uiuos ac mortuos, *Matth. XXV, 31, seqq.* *Io. V, 27, seqq.* *Aet. I, 11, XVII, 31,* *i. Theff. IV, 16.* His itaque modis Pater meus me glorificat, quem nos dicitis quidem ore, *Ies. XXIX, 13,* *Matth. XV, 8,* et cultu externo, eoque aliquali falem, *Matth. XXIII, 23,* *Marc. VII, 13,* confitemini, quod DEV S et Pater, *Io. IX, 41,* iuester sit, sed cor uestrum procul est ab eo, *Ies. XXXIX, 13,* *Marc. VII, 6,* neque cultu interno eum ueneramini, quem Moses praecepit, *Deut. VI, 5, 6, X, 16, 17,* et Prophetae urgent, *Ies. I, 4, seqq.* *Ier. IV, 14, 22, V, 1, seqq.* *VI, 7, 13, VII, 5, 6, 24, seqq.* coll. *Aet. VII, 57,* *Rom. II, 28, 29.* Idcirco, quis DEV M non adoratis in ueritate et Spiritu, *Io. IV, 24,* multum abest, ut eum uere colatis. Multum quidem de DEO gloriomini,

Kαὶ οὐκ ἔγνωτε -- τοῦτο. Sed, si dicendum, quod res est, non cognovisti eum hactenus, nec cognoscere uoluisti, *Ies. I, 3, seq. a)* quoad eius essentiam. Si enim ipsum cognouissetis, et me cognosceretis, quem ab aeterno ex sua essentia sibi consubstantialem genuit Filium, prout Davides, *Ps. II, 6, 7,* docuit, ipse Pater testatus est coram, *Matth. III, 17,* et opera mea diuina, *Ies. XLII, 1,* *Io. X, 25, 37, 38,* probant. *β)* Nec quoad eius voluntatem, secundum quam Filium uos, qui ideo, ut uoluntatem Patris exequatur, in hunc mundum missus est, *Ps. XL, 8, 9,* *Io. V, 30,* ex osculari, eumque recipere debetis, gaudentes, *Ps. II, 12, XXIV, 7, seqq.* *Zach. IX, 9,* *Io. VI, 29, 40.* Verum uos, ut Prophetae dudum praedixerunt, eum persequimini, blasphematis, et reuictis, *Ps. XXII, 7, seqq.* *Ies. LIII, 3,* *Io. I, 11, IX, 48, X, 20,* nec in me credere uultis, *Io. X, 25.* Nonne ergo in aprico res est, uos DEV M, ut THEOPHYLACTVS, in h.l. scribit, neque ut Patrem meum agnoscitis, neque ut DEV M uestrum. Nam, si ut Patrem illum agnosceretis, honore utique Filium eius prosequeremini, nunc autem, dum Filium non colitis, manifestum est, quod non agnoscitis illum, ut Patrem meum. (*Io. V, 23,*) Sed neque ut DEV M cognoscitis illum, alioqui timeretis sermones eius, ut DEI, nunc autem usque adeo contemnitis eum, ut, cum ille praeceperit, ne occidas, nos meditemini mortem meam, (*Io. V, 16, 18,*) idque cum non possitis me arguere de peccato. Ex his igitur manifestum, quod modis omnibus eum ignoretis. Ego autem, Θεός θεωπος, noui eum, tum ratione diuinae naturae, per cognitionem αἰχθέτων, eamque tam naturalem et essentialem, secundum quam nemo cognoscit Filium, nisi Pater, et nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, quorum τὰ βαδη̄ Spiritus S. unus scrutatur, *Matth. XI, 27,* *i. Cor. II, 10,*

II, 10, quam idealem et exemplarem, secundum quam is ea, quae ab aeterno hominibus ad hilarem cognitu necessaria iudicauit DEVS, nobis reuelauit, Matth. XI, 27, Io. I, 18, tum ratione humanae naturae, secundum quam hanc non tantum cognitionem, sine theologiam, utramque per unionis et communicationis gratiam possidebat, Io. III, 34, 35, Col. II, 3, sed etiam in statu exinanitionis constiturus, quo sepe his donis, que usum plenarium, abdicauerat, Phil. II, 7, 8; Theologia ἐπτύπω, per habitum a Spiritu S. infusum, gaudebat eminentissima, Luc. II, 40, 52, Io VII, 15. Hacce igitur cognitione instructus Dominus utique reuera dicere poterat, ego Filius noui Patrem ab essentia ad essentiam, et qua voluntatem eius exemplandam quam perfectissime. Si igitur, haec dissimulans, dicerem, in nostra gratiam, ne acciperetis scandalum, nec ego βλαφηματα notam apud uos incurrerem, quod non norim ipsum, quod tamen hactenus docui, et operibus diuinis, quae a Patre meo accepi, Io. V, 19, seqq. probauit, utique ero, similis nefstrum, interne qua mentem et cogitationes, et externe, qua uerba et actiones, mendax. A contrario scilicet argumentatur Dominus. Nam Iudei dicebant, sepe nosse DEVVM Patrem, nec tamen cognoscabant, ergo erant mendaces. Si igitur contra dixisset, ego non noui DEVVM Patrem, quod Iudei uolebant, ideoque eius doctrinam et actiones blasphemabant, quem tamen noui, etiam esse mendax, cum negarem, quae scio, sicut uos, qui gloriamini de iis, quae ignoratis. Sed absit hoc, ut uelutrum similis esse, uel fieri, possim, qui sum ipsa ueritas, et Sanctas sanctorum, Dan. IX, 24, Io XIV, 6, quin potius confitear hanc ueritatem, quod noui ego, qui sapientia Patris substantialis, et in ipso, sum, Pro. II, 22 - 30, Io. X, 30, XVII, 21, ipsum Patrem meum, et nescium eius, quod, Messias, iuxta uoluntatem eius exequendum et adimplendum in me suscepisti, Ps. XL, 7, seqq. perfectissima obedientia, Ies. L, 5, Hebr. X, 7, tum quia Propheticum, tum qua Sacerdotale, officium, obseruo, impleo, et perficio, non ei aduersor, uel soluo, ut uos me criminamini, Io. V, 16, 18, IX, 16, qui ueni, ut impleam legem pro genere humano, idque saluum faciam, Ps. XL, 9, Ez. XXXIV, 16, Matth. V, 17, XIIIX, n, Gal. III, 3, IV, 4, 5, Hebr. X, 7, seqq.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Disce a Iesu tuo mansuetudinem, qui sanctitatis suae violatores pessimos fert patienter, Matth. XI, 28, 2 Tim. II, 24, seqq. 1 Petr. II, 21, 23.

II Vanorum est hominum, qui multum de se suisque fadis gloriantur, Matth. VII, 22, 2 Cor. XII, 1, n, Phil. II, 3, Iac. IV, 16. Pii enim humiliatem Domini imitantur, Matth. XI, 28, quorum gloria est, quod DEVUM

et

et Iesum suum crucifixum cognoscant, de eoque gloriari possint, *Ier. IX, 23, 24, 2 Cor. X, 17, 18, Io. XVII, 3, Gal. VI, 14.*

III Haec est uera laus et glorificatio, quando Dominus te glorificat et laudat, *Matth. XXV, 21, 23, 2 Cor. X, 18.* Hac te dignum fac, et oblectare, non eam, qua carnis illecebrae tibi blandiuntur, sectare, *Ier. IX, 23, Phil. II, 3.* Conf. *Προσοικ.* antecedens.

IV Si DEVS te honore mactat, mundi calumnias et conuicia curare noli, hae euanescent, ille manet, *Pf. LXXIII, 24, seqq. Sap. V, 1 - 5, Matth. XXV, 34, seqq. Io. XV, 18, 19, XVI, 33, 1 Io. II, 17.*

V Quam multi sunt, qui, de VM se nosse, ore iactant, quem tamen cor ignorat, *Ies. XXIX, 13, Matth. XV, 8, Act. XVII, 23,* quam multi sunt, qui, fide se dites esse in Christo, gloriantur, licet sint omnium pauperes, *Iac. II, 5, 14, Apoc. III, 17.* O si in tempore ad Christum vocantem, et pulsantem cor, confugerent, ut eius egestate dites fierent, *2 Cor. IX, 9, Apoc. III, 18.* Conf. *Προσοικ.* seq.

VI Scire DEVM, eumque appellare suum, non iuuat, nisi eum salutis cognoscas, et in Spiritu ac ueritate adores, colasque, *Io. IV, 24, V, 23, XVII, 3, 1 Cor. XII, 3, Iac. I, 23, seqq.* conf. *Προσοικ.* anteced.

VII Noli in aliorum gratiam, uel ex metu hominum, DEVM, Iesum, et fidem negare, *Act. IV, 17, seqq. V, 28, seqq.* ne te aliquando neget idem, *Matth. X, 32, 33.* Noli, more mundano, *Rom. XII, 2,* contra ueritatem loqui, sed expende, quod mendaces sint a mendacii parente, *Io. IX, 44,* quod mendaciorum ratio in extremo iudicio sit reddenda, *Matth. XII, 36,* et quod mors mendaces maneat secunda, *Pf. V, 7, Apoc. XXI, 8.*

IX Eo contendere, ut ex uerbo DEI DEVM uere noueris, in hac cognitione magis magisque crescas, illudque, in corde tuo repositum, obserues, *Ier. IX, 24, Luc. IX, 15, Io. XVII, 3, Col. I, 10, 2 Petr. III, 18.* Hoc si feceris, uerus Iesu eris Discipulus et imitator.

V E R S U S 56 E T 57

56 Αβραάμ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἡγαπᾶσσα-
το, ἵνα ἰδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμῆν, καὶ
57 εἰδε, καὶ ἔχειν. Εἶπον δὲν οἱ Ιου-
δαῖοι πρὸς αὐτὸν. Πλευρίκοντα ἔτη
ἔνπιο ἔχειν, καὶ Αβραάμ ἐώφεκε;

Abraham Pater uester exultauit, ut uideret diem meam, et uidit, et ganis est. Dixerunt igitur Iudei ad ipsum. Quinquaginta annos nondum habes, et Abramum uidiisti?

E H -

ΕΣΗΓΗΣΙΣ

Abraham — ἐχάρη. Respondet Dominus in hoc uersu ad alterum erit
men, a Iudeis sibi obiectum. Nam duorum ipsum postulauerant uitio-
rum, primo, quod semet ipsum glorificet, idque in uersibus antecedentibus
confutatum uidimus, secundo, quod maiorem se faciat Abrahamo,
atque hoc est momentum, quod Dominus in hoc uersu probat, se
nimirum reuera maiorem esse Abrahamo, dicens, Abraham, dilectus ille
DEI, Ies. XLI, 8, et pater omnium credentium, Gen. XVII, 4, 5, Rom IV, u,
16, 17, qua carnem vero pater uester, cuius uestigiis fidei insistere deberetis,
si ueri eius, et DEI, filii esse uelletis, Rom. IV, u, 12, IX, 7, 8, exultauit
spiritu, quo sensu, Luc. I, 47, occurrit, ut uidaret diem meum, i. e. tem-
pus, uid. *Vindic. N. T. ab Ebrajmis*, p. 58, seqq. quo ego, assumta carne, inter
homines habitarem, et meam maiestatem ac gloriam manifestarem, Io. I, 14,
II, u, et uidit me, et gauisus est, siue gaudio perfusus est totus, qua corpus
et animam, in Domino, Ies. LXI, u, uos autem, me uidentes, insanitis
blasphemantes. Verum, cum hoc uidere Messiam triplici sensu accipi pos-
sit, oculis nimirum aut animae, aut corporis, aut fidei, quae situm fuit ab
interpretibus, qui uidendi modus hic sit intelligendus, et ab aliis respon-
sum datum, I) Abrahamum Christi diem uidisse oculis animae, et quidem,
a) secundum nonnullos, per visionem, siue apparitionem, peculiarem.
Sic enim differit b). GLASSIVS in *Philologia S. p. 1488*, inquiens, *Diem suam*
etiam uocat Christus aduentum suum in carnem expletum tempore factum, Io. IIIX, 56,
Abraham Pater uester exultauit, ut uidaret diem meum, et uidit atque ga-
uisus est. *Vidit nimirum peculiari apparitione.* D. FRANZIVS de Inter-
pret. Script. Orac. 47, *Nemo dubitet, Abraham oblatam et exhibitam in di-*
nina uisione fortissima fuisse personam et faciem Iesu Christi, prout natus fuit
ex uirgine gentis Abramiticæ, creuit, ministerio miraculorum defungi coe-
pit, a passione exaltatus fuit ad dextram Patris, et in ultimo die onnes exci-
taturus, et in altera uita coronaturus, Θ) secundum alios, Abrahamum diem
Domini in coelis, a DEO ipsi, reliquisque sanctis, revelatum uidisse, in
quibus CYRILLVS ad h. l. *Dicimus, Abrahamum uidisse diem Domini,*
quando iam in placida sanctorum Patrum requie positus cognouit, Filium DEI
esse incarnatum. Erat enim ille dies Domini, quo carnis nostræ substantiam
pro nobis assunxit. Conf. Cel. LAMPIVS ad h. l. γ) secundum alios inter Pon-
tificios, Abrahamus Christum uidisse dicitur in limbo Patrum. Verum, cum
limbus Patrum sit ens rationis ratiocinantis, facile intelligit unusquisque, in
fabulis hoc commentum referendum esse. II) Alii, Abrahamum oculis
corporis reuera uidisse Dominum, statuunt, cum hic ipsi, Gen. XIX, 1, seqq.

forma humana assumta, et forte ea, qua in diebus carnis est uisus, appa-
ruerit, cum eo locutus sit, coram ipso comederit, Isaacum, typum sui,
ei promiserit, cetera, qualis gratia nemini inter V. T. credentes contigisse
legitur. In qua sententia inter uereres haut pauci fuerunt, ut TERTVL.
LIANVS, IVSTINVS MARTYR, ATHANASIVS, GREGORIVS, aliquie, et
inter recentiores, SEB. SCHMIDIVS, MAIVS, et qui sunt reliqui. III) Alii,
denique, et quidem plurimi, statuunt, fidei oculis Abrahamum uidisse Dominum,
ut IRENAEVS, CHRYSOSTOMVS, HIERONYMV, THEOPHYLACTVS,
LVTHERVS, HVNNIVS, DIETERICVS, MARCKIVS, Summe Vener.
MOSHEMIUS, et reliqui, fere omnes, diuersa tamen ratione. Nam non
nulli hanc Abrahami visionem Messiae ad immolationem Isaaci et diem crucis
restringunt, quam illa praefigurauit, atque hinc, Abrahamum, cum Isaacum
immolaturus esset, diem crucis uidisse, auint, ut CHRYSOSTOMVS,
AMBROSIVS, THEOPHYLACTVS, ceteri. (Quibus et AVCTORES, *Synops.*
Starck. ad h. l. iungunt b. CALOVIVM, scribentes, a) Einige meinen,
diss sey geschehen, da dem Abraham der Isaac gebohren wurde, als ein
Psand des Bundes Göttes, und Vorbild des verheissen Saemens,
der aus seinen Lenden kommen solte, als welchen er nach der Verheissung,
Geburt, und Opfer vorgebildet habe, das er also sich über Christum
erstreuert habe, da er ihm in Isaac verheissen, und da ihm Isaac auf
dem Berge zum Vorbilde wieder geschenket worden. Euc. 10,24. *Diem*
meum hoc in loco crucem mihi significare uidetur; quem in arietis oblatione et
in Isaac praefigurauit. CHRYSOST. a) CALOV, LAVR, BIERMANN Moses
et Christus. Verum, cum haec b. CALOVI sententia, quod nos scimus,
non sit, prout ex eius uerbis, paulo post allatis, constabit, cum eam
ipse, ut nimis angustam, notarit, uel lapsum hic memoriae, aut errorem
typographicum, admissum esse, uidetur.) Sed recte obseruarunt alii, limi-
tibus nimis angustis hunc diem, eo sensu, esse circumscriptum, et potius
pro ipso aduentus et passionis die, i. e. pro omni eo tempore, quo Do-
minus uisibili forma in his terris est uersatus, accipendum esse, quem-
admodum in hanc rem, praeter alias, scripsit S. IRENAEVS, lib. IV, ad-
uersus haereses, c. 13, inquiens, *Propheta ergo cum esset Abraham, et uideter*
in spiritu diem aduentus Domini et passionis, per quem ipse quoque, et omnes,
qui similiter, ut ipse credit, credant DEO, saluari inciperent, exultauit
uehementer. Item b. CALOVI in Bibl. Ill. ad b. l. scribens, *Non expe-*
tiisse dicitur Abraham, (ut GROTIUS uult,) qualis illa beatitudo sit, pro-
prius cognoscere, quae per Semen eius obtinetur, sed diem ipsum Christi deside-
ranus uidere, ut expresse hic testatur Christus, et uidit aliquid eius non sine
insigni

insigni gādio, non tantum in Isaaci suscepīa oblationē, sed in aliis ulterioribus promissionib⁹, nec non apparitionib⁹ Filii DEI ipsi factis, Gen. XV, XXIX, XXII. Beatitudinem ipsam, quae per Messiam obtinetur, non tan-
tum Abraham, quantum satis erat, alisque eandem, cœu Doctor et Propheta insillauit, sed expertis etiam ipse est singulariter, tanquam Pater credentium, quia per fidem in Messiam ea fruimur. Habet igitur L. B. sententias Inter-
pretum, quomodo Abraham Dominum uiderit. Nostram si requisueris,
quæ sit, hanc esse profitemur. Vidisse scilicet Abramum diem Domini
oculis fidei, Matth. XIII, 17, Luc. X, 24, Ebr. XI, 8, 13, Dominum uero
ipsum ea, qua in his terris conuersatus est, forma assumta, oculis corporis, uid. paulo ante num. II. Nam ad utrumque momentum locutionem
Christi, καὶ εἰδε, refereretdam esse, nobis credibile uidentur, alias enim, si
ad alterutrum tantum respiceret, procul dubio Spiritus S. adieceret, aut
αὐτὴν, aut ἀντὴν, sed, cum neutrum adiecerit, utrumque hic intelligen-
dum esse, nobis ualde est uerosimile. Id quod et b. MELANCHTHONI ui-
sum est, scribenti, Abram uudit Messiam utroque modo, primo in promis-
sione, secundo in corporali uisitione, Gen. XXIX, 3. Ceterum discimus ex
hoc loco, quod Abramus, sicut et reliqui fideles V. T. fide in Christum
et iustificatus, Rom. IV, 3, n, seqq inde pacem cum DEO, Rom. V, 1, ac
gaudium, ἔχαξεν, habuerit, et saluus factus sit, Act. XV, 11, quodque adeo meri-
tum Christi antorūsum et retrorsum ualuit, Hebr. XIII, 8, Apoc. XIII, 8, in
quo nos ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, elegit, Eph. I, 4, i Petr. I, 20. Reste
inde LEO M. Serm. XIV, de Pass. Domini. Una fides iustificat uniuersorum
temporum Sanctos, et ad eandem spem fideliūm pertinet, quicquid per media-
torem DEI et hominum, Iesum Christum, uel nos constemur factum, uel patres
noſtri adoptauere faciendum. Conf. plura apud b. DIETERICVM P. I,
Analys. Euang. p. 446, seq. et b. BACKIVM, P. II, p. 142.

Ἐλπον οὐν οἱ Ιουδαῖοι - - ἐόπωνας; Responderunt igitur Iudei, tum ira-
cundia et malitia perciti, tum cupiditate eum de absurditate et mendacio
conuincendi flagrantes, tum denique deridentes eum. Quinquaginta annos
nondum habes, annos enim triginta circiter quatuor erat natus, uti hoc ex
Luc. III, 23, et collatione IV paschatum, quae ille, munere Prophetico
fungens, transegit, est colligere. Quare, cum Christus saltē annos cir-
citer triginta quatuor esset natus, quæsuerunt interpres, curiositate po-
tius, quam necessitate, adducti, cur 50 annos, et non potius 40 annos,
nondum habes, dixerunt Iudei, et diuersimode responsa dederunt, quae
b. BACKII uerbis exponere malo, quam meis, P. II, p. 142, scribentis,
I) CHRYSTOMVS hom. 54, in Iohannem, pro quinquaginta legit qua-

draginta, et putat, Iudeos ita recte dixisse, siquidem annos 34 Dominus compleuerat, et ita quadraginta ferme attigerat. Verum reclamat et Graecus, et Syriacus, textus, ut et NONNVS Paraphrastes, et THEOPHYLACTVS.

2) IRENAEVS uetusissimus scriptor, lib. II, c. 40, aduersus Haereses, ex his Iudeorum uerbis colligit, Christum maiorem annis 40 Euangelium praedicasse, et ad aetatem quinquagenarium ferme peruenisse, cum habuerit annos 46. Id quod Irenaeus inde probare conatus est, quia Christus corpus suum conferat templo, Io. II, 19, iam uero templum fuisse extrectum intra annos 46, ut u. 20 additur, ergo etiam Christum tot annos habuisse, et, bujus erroris anjam prae-
buuisse Papiam, plus traditiones, quam Scripturas, attendentem, refert EV-
SEBIVS, lib. III, c. 36. Verum, si Christus tot annos habuisset, tunc utique
praedicasset annis 16 integris, et crucifixus esset non sub tertio Caesare, Tibe-
rio, sed potius sub quinto, b. e. Claudio, cum Pontius Pilatus, iam dudum
esset mortuus, id quod contra omnem Scripturam est, et historiam. -- (Addan-
tur, quae supra pro aetate Christi attulimus.)

3) THEOPHYLACTVS in h.l. ait, hoc dixisse Iudeos, existimantes, Dominum ferme esse quinquaginta annorum, tametsi nunc triginta et tres tantum haberet annos, et paulo post, Simpliciter sic incidit eis, ut menores essent quinquaginta annorum.)

4) LYRA dicit, Iudeos ita locutos ob seueritatem et grauitatem uultus, cum Dominus, ob multos labores, quasi ante tempus senuerit, Ps. VI, 8, 5)

Nonnulli apud Theophylactum dicunt, haec dixisse Iudeos ob reverentiam anni Iubilaei, quod nondum Iubileum unum attigisti, et tamen Abramum uidisti. Alii hic disputant de annis solaribus et lunaribus. Sed quid opus est tanta diligentia omnia perquirere, cum Iudei de aetate Christi (per synecdo-
chen numeri certi pro incerto) ev πλάτει, (ut facere solent, qui aduersa-
rio plus gratificantur et concedunt, quam ipse efflagitare possit,) loquin-
tur, et aliquot annos addunt, ut eo melius ad absurdum Dominum adigere
queant, eumque proprio quasi gladio iugulare. Nam, cum Abramum
anno mundi 2124, ut communior est sententia, esset mortuus, Dominus
autem anno mundi 3970 natus, et, cum haec diceret, trigesimum quar-
cum annum ageret, per se res erat clara, Abramum iam iam 1880 an-
nos esse mortuum, atque hinc, apertum, ex ipsorum sententia, patere men-
daciū, inferebant Iudei, ac deridentes dicebant, quinquaginta annos
nondum habes, et Abramum uidisti? Vbi notetur, quod illi sermonem
Domini, quem pro nudo habebant homine, malitiose peruerunt. Non
enim dixerat, se, qua hominem, uel humanam naturam, uidisse Abrahamum,
quod utique contra ueritatem fuisset, quia illam longo post Abrahamum
tempore demum assumerat, sed, Abramum se, Αράγον in for-

ma

ma humana assumta ei apparentem, suamque diem humanitatis in spiritu, et oculis fidei, uidisse. Quae locutiones ut utique inuicem erant distinctissimae, ita eo ipso, quo ueritatem, *Io. XIV.*, 6, mendacii postulant, mendacium committunt, more patris sui, filii mendacii, *Io. IIIX.*, 44. Cuius loco, si germani fuissent filii Abrahami, sermonis a Christo habitu illustrationem sibi expetere, et in ueritatem magis magisque inquirere debuissent, quo ad eandem peruenissent, non autem mendacia mendaciis, conuictia conuictiis, cumulare. Sed homines erant coeci, *Matth. XIII.*, 15, *XXIII.*, 24, *2 Cor. IV.*, 4, qui salutem ipsi nolebant, *Matth. XXIII.*, 37, *Aet. XIII.*, 46, nec aliis eam non inuidebant, *Matth. XXIII.*, 13.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

- I Improbi filii a pientissimis saepe parentibus ut procreantur, *Gen. VI.*, 2, 3, *IX.*, 22, 24, 25, *2 Chron. XI.*, 1, 6, *XXIX.*, 2, coll. *XXXII.*, 33, *XXXIII.*, 1, seqq. ita horum fides ac uirtutes illos nihil iuuat, si uel millies ad eos prouocauerint, sed iustus sua fide uiuet, *Ez. XIIIX.*, 4 - 13, *Hab. II.*, 4, *Rom. I.*, 17. Conf. ad *u. 51*, seqq. Προσοικ. VI.
- II Hoc est uerum gaudium, Christianis proprium, quod, uel desiderio Christum uidendi, in nobis excitatur, uel ex uisione Christi spirituali et pace cum D E O ortum trahit. Hoc gaudium gauisi sunt pii quo-cunque tempore, *Psf. V.*, 12, *IX.*, 3, *XXXII.*, 11, *XL.*, 17, *LXIX.*, 4, 5, *LXXXIV.*, 3, *CIV.*, 3, *CXIX.*, 24, *CXLIX.*, 2, *Ies. XXV.*, 9, *LXI.*, 10, *Luc. I.*, 47, *Phil. IV.*, 4. Bene tibi, si idem gaudere possis gaudium.
- III Christianis saltē licet fidei oculis Dominum in hac uita, in altera uero, a facie ad faciem, uidere, *1 Cor. XIII.*, 12, *2 Cor. IV.*, 18, *V.*, 7, *1 Io. III.*, 2, *Hebr. XI.*, 1, *1 Petr. I.*, 8, atque de eo gaudere. Conf. Προσοικ. antec.
- IV Unica ad D E I gaudia, *Matth. XXV.*, 21, 23, perueniendi, *Io. XIV.*, 6, *Aet. IV.*, 12, *XV.*, 11, *Eph. I.*, 3, seqq. *IV.*, 5, est via, Christus, qua *Abraham*, eiusque maiores, ac posteri saluantur, *Hebr. XI.*, 2, seqq. *XIII.*, 8.
- V Impii eo ipso, quo allaborant ueritatem uel immutare, uel peruertere, declarant, quod sint a mendacii parente, sophistarum principe, *Matth. IV.*, 6, *Io. IIIX.*, 44, *1 Io. III.*, 10.
- VI In rebus spiritualibus non aetas uitae, sed fidei, ualet, ad hanc qui peruenit, is ea, quae inuisibilia sunt, et mundo impossibilia uidentur, uidet, *2 Cor. IV.*, 18, *Hebr. XI.*, 1.
- VII Disce, quod, ut caro et sanguis non edocere possit mysteria diuina, *Matth. XVI.*, 16, 17, ita nec ea intelligere queat, *1 Cor. II.*, 14.

VERSUS 58 ET 59

58 Εἶπεν ἀντοῖς ὁ Ἰησοῦς. Αμὴν, αμὴν, λέγω ὑμῖν, πρὶν Αβραὰμ γενέθαι, ἦγὼ εἰμι. Ήσαν οὖν λιθοί, οὐα βάστασιν ἐπὶ αὐτῶν. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύψατο, καὶ ἔσυλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, διελθὼν διαβὰ μέσου αὐτῶν. Καὶ παρῆγεν οὐτως.

59 *Dixit ipsis Iesus. Amen, amen, dico vobis, antequam Abram fuit, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, et exiit ex templo, transiens per medium ipsorum. Et abiit sic.*

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Eἶπεν — ἦγὼ εἰμι. *Dixit ipsis Iudeis Iesus, eo fine, ut tandem aliquando ad indagandam perquirendamque Messiae personam, quod esset Θεός Θεόπος, permouere, et ad agnitionem sui perducere posset. Amen, amen, uid. supra ad n. 51, dico vobis, quod uerba mea, etiam si mira, imo falsa, uobis videantur, quibus uos de personae meae natura diuina atque humana pariter, ac de Abrahami, me meamque diem uidendi, desiderio, et quod me uiderit, edocui, uera sint, siquidem, antequam Abraham fuit, factus, et natus, ego sum, qua diuinam meam naturam, secundum quam ego sum is, qui ad Mojen, Exod. III, 14, qui per Iesaiam, c. XLIX, 12, seqq. sum locutus, de quo Daniides, Pj. XC, 2, seqq. Conf. Apoc. I, 8, II. Aeternitatem enim uocabulum sum hic exprimit, quae solius DEI est, ut ex locis Scripturae S. modo allegatis constat, et ipsi Iudei quoque eo sensu accipiebant, prout ex uersu seq. colligitur, nec non ueteres purioris doctrinae doctores, TERTULLIANVS, ATHANASIVS, EVSEBIVS, CHRYSOSTOMVS, AVGUSTINVS, GREGORIVS, THEOPHILACTVS, reliqui, unanimi consensu exponunt, e quibus CYRILLI hic uerba ad h. l. afferre licet, scribentis, Antequam Abraham fieret, ego sum. Sum quidem praesentis temporis habet rationem, fuit praeteriti, ero futuri. Praeteritum uero et futurum diuinitas non habet, sed semper esse illi adest. Idcirco ad exprimendam suam diuinitatem non dicit. Antequam Abraham fieret, ego fui, sed, ego sum. Res siquidem corruptibiles sibi ortus habent principium, et tandem decurso sui temporis spatio tendunt ad exitum, ea propter diuersorum temporum uicissim recipiunt denominationem. Diuinitas semper eadem et stabilis est, cuius nihil in praeteritum defuit, aut in futurum accedit, ideo solius uerbi praesentiam subsistendi, experimentis denominationem, admittit. Rursum, quia Abraham creatura est, fieri dictus est. Filius autem DEI creaturae rationem (ut Creator) omnino refugit, super omnem creaturam longe supereminens, proinde non fieri, sed esse, afferitur. Idcirco, aeternitatem cum sibi*

sibi vindicet Dominus, diuinitatem suam assertuisse ipsum, sequitur, quam tamen nihilo secius Sociniani friuole impugnant, ipsumque hunc locum in Catechismo Racconiensis, Articulo de Persona Christi, c. I, quaeſt. 106, ſeqq. aliisque in scriptis temere peruertere et euertere annisi ſunt, afferentes in quaſtionis 106 Resp. uerba Domini nostri, πρὸς Ἀβραὰμ γενέθαι, ἐγώ εἰμι, neque aeternitatem, neque τὸ esse ante Mariam, exprimere, et in quaſt. 107 Reſponſione, Quod ea uerba, Ego ſum, ſint ad eum modum ſupplenda, ac ſi ipſe ſubieciffet iis. Ego ſum lux mundi, ſuperius e principio eius orationis, u. 12, et hinc, quod Christus biſ ſe ipsum iuſdem uerbiſ, Ego ſum, lu-cem mundi uocauerit, u. 24, et 28, inſerendum eſt. Ea uero uerba, priu-quam Abraham fiat, id ſignificare, quod diximus, e notatione nominis Abraham deprebendi potheſt. Conſtat inter omnes, Abrahamum notare Patrem multarum gentium. Cum uero Abram non ſit factus priu Abraham, quam DEI gratia in Christo maniſtata in multas gentes redundaret, quippe quod Abrahamus unius tantum gentis antea pater fuerit, apparet, ſententiam horum uerborum, quam attingimus, eſſe iuſiſſimam. Verum, responderetur, ex toto contextu parere, a) quod in u. 12 cap. IIX Ioh. Domino ſermo ſit de officio ſuo, ſecundum quod lumen dicitur mundi, hic uero de eius persona, unde male ex uerbiſ 12 uerba lumen mundi hic repetuntur, quibus fensuſ te- tuſ proſuſ immutatur et aliud infertur, ut nihil dicam, quod aliud ſermo ille fuerit, quem Dominus habuit, u. 12 - 20, et aliud, quem habuit u. 21 - 59, prouer hoc patet ex uerbiſ, u. 21, Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, quibus uerbiſ noua oratio indicatur ſane, ut adeo et in eo fallitus sit Catechismus, quando utramque orationem pro una habuit. b) Quod ſermo ſit de per-ſona Abrahami, quis ille fuerit, ſcil. credens in Meſſiam, et quid uiderit, nimurum Meſſiam eiusque diem, u. 57, non uero, quid factus fuerit. De personis igitur Domini et Abrahami cum ſermo ſit, unusquisque Soci- nianorum detorſionem textus, et fenuſ illatum, intelligit. Vid. plura, apud Theologos VVitteberg, in Catechismi Raccon. Conſutat, Germ. Art. IV, c. I, p. 125, ſeqq. b. CALOVIVM in Apodixi Fidei Catholicae de praeexiftentia Filii DEI Ante-Mariana et Ante-Mundana, quea exrat in Opp. Anti Socin. P. II, p. 332 - 429, ſpeciatimque in Triga Exercitat. de προυπάρχει Christi ante Abrahamum e Ioh. IIX, 58, quea itidem exrat P. II Opp. p. 430, ſeqq. Cel. OEBERVUM in Notis ad Catech. Raccon. p. 146, ſeqq.

Ἦγεν ἀνὴρ Ἰησοῦς - - οὐδὲ παρῆγεν οὐτως. Sufſulerunt igitur Iapides, animi rabie impulsi, partim, quia intelligebant, Dominum ſibi diuinam vindicare naturam, ſeque D E M eſſe, phraſi illa, πρὸς Ἀβραὰμ γενέθαι, ἐγώ εἰμι, ſignificare, uide ſimilem caſum, qui noſtrum mirifice illuſtrat,

Io. X, 30, 33, idque blasphemum esse arbitrabantur, partim, quia excoecati illi, et amentes, cum non amplius uestibus Domini obsistere, nec argumen-tis respondere possent, lapidibus in templo, neque seruato recto ordine iudicii, neque habita loci sacri ratione, cum tamen inbeat ur lapidandus duci extra castra et ciuitatem, ut CYRILLVS in h. l. loquitur, respondere malebant, quam iusto ordine in rem inquirere, uel a Domino asserti sui explicatio-nem expetere. Qua de causa nequissimi illi, et ad incitas redacti, auctum disputatorium in actum tragicum mutaturi, ad lapides concurrunt, eosque eo fine tollunt, ut iacent in eum, tanquam blasphemum, Matth. XXVI, 63, seqq. Io. X, 33, procul dubio Leuit. XXIV, 16, innixi, hisque lapideis argumentis ad silentium redigerent eum, quem de nullo delicto conuincere poterant. Sic Pontificii eundem retinuerunt morem, quos illi sermonibus non possunt decipere, ut AMBROSIVS lib. V Epis. loquitur, gladio, igne, fune, aqua, putant ferire. Probarunt igitur Iudei hoc actu, sese esse homicidae illius antiquissimi filios, sicut in uestu antecedente sese esse eiusdem, qua menda-cium, natos, adeoque uera esse, quae Dominus de ipsis, n. 44, dixerat. Ve-rum in templi atrio cum commoraretur Dominus, unde lapides? et re-spondent alii, e paumento, lapidibus constrato, eos eruuisse, prout fu-ribundi et seditionis solent, qui quiduis, quod sibi obiicit, arripiunt, alii, ut LVCAS BRVGENSIS, lapides forsan ibi iacuisse sparsos, alii cum LIGHTFOOTO, Iudeos, ut uidetur, tum aedificasse, atque hinc illine frusta et fragmina lapidum iacuisse, alii, lapides fuisse extra atrium ab insidentibus Iudeis conqueritos, et in atrium comportatos. Nobis, cum res sit incerta, et referat parui, hoc sufficiat, quod lapides quidem ha-buerint in promtu, quibus ipsum petere uoluerunt. Sed Iesu, pro sua longanimitate, sese abscondit, non metuens, sed parcens, non sua po-tentia utens, qua facile facere potuisset, ut eos continuo debiscens terra ab-sorberet, et pro lapidibus inferos inuenirent, AVGUSTINO scribente, sed patientiam ac misericordiam erga peccatores ostendens, et nobis, auctore CYRILLO in h. l. memorabile relinquens exemplum, ut etiam, cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus. Ut enim subtractione li-gni diminuitur ignis et extinguitur. Ita absentia eius, in quem quispiam ira inflammat, sedatur et mitigatur effervescentis irae incendium, et ad lenitatem reuocatur ebulliens animus. O φιλανθρωπία Messiae summam, qua cedit furori peccatorum, ne pereant, seque abscondit, ut seruentur. Sed, cum interpretibus non suffecerit, quod scirent, Iesum sese abscondisse, inqui-suerunt, magis curiositate, quam necessitate, adacti, in modum occultatio-nis, eamque alii cum CYRILLO, THEOPHYLACTO, aliisque, factam esse

tra-

tradunt hoc modo, quod sese diuina sua potestate inuisibilem reddiderit. Alii, quod sese in turbas proripuerit, siisque adeo circumcinctus, nec agnitus, comprehendendi non potuisset. Alii cum LIGHTFOOT, quod a multitudine, sibi amica, circumdatus forte et occultatus esset, atque hi urgent in Graecis Aor. 2, ἐνεργηθη. Sed cum Aorist: Passiuorum saepe habeant uim Actiuorum, eamque interdum reciprocam, et hic significatus magis cum sequentibus cohaerere videatur, hunc illi antererunt interpretes. Alii cum HOMBERGIO in Parergis traiectionem hic statuunt, et idem esse uolunt, ac si scriptum esset, ἐξηλθεν ἐν τοῦ ισποῦ καὶ ἐνεργηθη, prout Io. c. XII, 37, scriptum legitur. Verum, cum haec traiectio uix cum uerbis sequentibus videatur conciliari, nisi eadem quoque traicticias, deinde miraculosa esse desinat haec occultatio, et denique, quum, capite XII, aliam rerum fuisse faciem, appareat, nimirum ibi sponte, necessitate nulla coactus, forte ut oraret, uel aliam ob causam, hic autem ob insolentiam Iudeorum, qui in eo erant, ut lapides in ipsum iacerent, sese abscondidit, aegre credo, quod ab hoc loco ad nostrum inferri posset, uel orationis ordo ideo sit disturbandus. Alii denique statuunt, Dominum diuina sua potestate ipsorum oculos, qui ipsum lapidibus obruere uolebant, continuisse, ne ipsum cognoscerent, quale exemplum legimus, 2 Reg. VI, 18, 19, itemque Luc. XXIV, 16. Atque hinc factum, quod improhibite egredi potuerit ex templo. Nos modum occultationis, quia categorice is asserti non potest, relinquimus in medio, quibus sufficit, quod Iesus miraculo se abscondit, et egressus est ex templo, i.e. templi atrio, transiens per medium ipsorum, i.e. per ipsum, uid Vindic. p. 281, lapidatores, atque bac ratione, tali modo, (hunc enim habet significatum uocula οὐτως, uid Vindic. p. 175.) hoc miraculo ostendens, sese esse eum, quem se dixerat, Filium scil. DEI, abit saluus, cuius tempus moriendi ut nondum aderat, ita non lapidandus, sed crucifigendus, erat. Ceterum notetur, quod ultima uerba, καὶ πασχήγεν οὐτως, in nonnullis codicibus desint, imo etiam in nonnullis haec uerba, διελθών δια μέσου αὐτῶν, desiderentur, unde nec in Versione vulgara, nec in Versione B. LUTHERI, qui procul dubio tali usus fuit codice, in quo deerant, leguntur. Sed tamen, quia in praestantissimis STEPHANI, BEZAE aliorumque Codicibus haec uerba leguntur, nec non Versio Arabica, Syriaca, itemque Nonnus, et alii ea legunt, deinde textui bene conueniunt, omnino pro authentica haec lectio habenda et retinenda est. Vid. b. GLASSII Philol. S. p. m. 233, seqq.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Disce, in fidei tuae confirmationem, aduersus diuinitatis Christi hostes, quod ille ante Abrahamum, imo ante orbem conditum, ab omni aeternitate sit

I

uerus

uerus DEVS, *Ps. II, 7, XXXIII, 6, XC, 3, Pron. II, 22, seqq. Ies. XLIX, 12-16, Mich. V, 2, Io. I, 1, seqq. Rom. IX, 5. Hebr. XIII, 8, Apoc. I, 8, II, 18.*

II Quo uehementius ueritatis hostes in eam saeuunt, eo fortius, exemplo Domini, afferendam et confundendam eam esse, tene, *1 Reg. XIIX, 17, 18, Act. IV, 19, seqq. V, 28, seqq. VI, 10, seqq. VII, 51, seqq. 1 Petr. III, 15.*

III Ecce in Iudeis Pontificiorum ingenium, qui, ubi argumenta contra ueritatem nihil ualent, ad lapides concurrunt, igne, ense, aqua, eius defensores perempturi, quos tamen DEVS abscondit et tutat, *Ps. XCI, 3, 4, 8, seqq. Bono ergo testis ueritatis animo esto, Ies. XL, 10.*

IV Veritas licet odium, imo mortis periculum, pariat, et parum efficiat, *Io. IX, 46, XIIX, 37, 38, Act. VII, 51, seqq. intrepide tamen est profienda, nec ab ea recedendum. Vid. Προσοικ. antec. II.*

V Hoc sit tibi afflito solatio, quod aduersarii sine DEI permisso nocere tibi non possint, licet uelint. Quories illi lapides, et id genus alia, aduersus te fustulerunt, sed eos in te coniicere non potuerunt, quia DEVS non uoluit, *Mattb. X, 28, seqq.*

VI Quos diabolus sibi parauit mendaces, ex iis facile et homicidas facere potest. Caeu tibi a fraudulento hoc serpente, *Gen. III, 1, seqq. 2 Cor. XI, 3, qui te, cum unum peccatum commiseris, ad plura perpetranda seducet.*

VII Persecutores quidem, exemplo Domini, stude fugere, *Mattb. X, 23, Act. IX, 23, seqq. sed vindictam ab ipsis sumere noli, quam DEVS sibi metu ipse reseruauit, Rom. XII, 19, seqq. Hebr. X, 30. Conf. ad n. XLIX, seqq. Προσοικ. V.*

VIII Qui sub DEI est tutela, is medios per hostes tutus ire potest, *Ps. XCI, 1, seqq. Ies. XLIII, 1, 2.*

IX Ut maleuoli neque ueritatis, neque pietatis, habent rationem, ita nec locis sanctis, in perpetrandis sceleribus, parcunt, *2 Chron. XXIV, 21, Mattb. XXI, 13, XXIII, 35.*

TΩΙ ΘΕΩΙ ΜΟΝΩΙ Η ΔΟΞΑ

IACO-

IACOBO FRIDERICO THIELIO

S. D. F

P R A E S E S


In iis te referendum esse, Ornatusissime THIELI, qui, non
sibi, sed patriae, se natos esse, putant, TVA et animi reli-
gio, et uitae integritas, et literarum, cum primis uero san-
ctorum disciplinae, studia testificantur. Idecirco enim in eo ut to-
tus hactenus fuisti occupatus, quo illam seruares illaesam, istam mon-
strares omnibus, haec uero ad ingenii TVI, prorsus egregii, cul-
turam adhiberes, ita euenit omnino, ut Commilitonibus non tantum
factus fueris uirtutum exemplar, quod imitari possint, omnibusque,
qui te norunt, uisus spes patriae optima, sed et zalem TIBI ac-
quisueris eruditionem, qua in priuatis aequem eminuisti parieti-
bus, ac probe exercitatus in publicum nunc prodire, et, rostris b.

LVTHE.



LUTHERI consensis, diuinas ueritates in Dissertatione TVA
de Magiae criminе θεανθρώπῳ blasphemē obiecto, assertas stre-
nue propugnare possis. Quae cum ita sint, nemo forte erit, qui non
mecum de TE ferat sententiam, quod Musae TVAE conatus TE
frustraturi non sint, sed patriae atque Ecclesiae, prout in uotis ha-
bes, et cui TE natum esse putas, quam certissime sis profutu-
rus. Quam ob causam de hoc fausto diligentiae TVAE euentu,
sigillatimque de hoc eruditionis TVAE specimine, quod edidi-
sti, publico, uere gratulor, DEVMque imploro, ut TE, spem
patriae optimam, superstitem ac felicem esse iubeat, quo tandem
studia TVA prospere, ac pro uoto TVO, absoluere, et Ecclesiae
egregie prodeesse possis. Vale, Dabam Wittebergae, ipsis Idibus

Octobris c Iɔ Iɔ CC XLVI.



aD 14.

01 A 6501



86

R



13
Q. D. B. V

DISSERTATIONEM
PHILOLOGICO-EXEGETICAM

DE

CRIMINE MAGIAE
ΘΕΑΝΘΡΩΠΩΙ
BLASPHEME OBIECTO

AD LOCOS

LVC. XI, 14 - 28, ET IO. IIIX, 46 - 59,

ILLVSTRANDOS

PRAESIDE

CHRISTIANO SIGISMVNDO
GEORGIO

PHILOLOGIAE PROFESSORE PUBLICO

AD DIEM OCTOBR. A. C. CIOCC XLVI

IN AUDITORIO MAIORI

DEFENDET

IACOBVS FRIDERICVS THIELIVS
ZITTAVIA-LVSATVS

VITEMBERGAE

TYPIS IO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHII